


DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS,

QUÆDAM DE

Dentitione morbiſque ex ea pendentibus complectens.



DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS,

QUÆDAM DE

Dentitione morbiſque ex ea pendentibus complectens.

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GULIELMI ROBERTSON, S.S. T.P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ Praefecti;

NEC NON

Ampliſſimi SENATUS ACADEMICI conſenſu,

Et nobiliſſimae FACULTATIS MEDICÆ decreto;

PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini ſubjicit

SAMUEL ALLVEY,

ANGLUS,

SOCIETATIS REGIÆ MEDICÆ EDIN.

SOC. EXTRAORD. NEC NON SOC. NAT. STUD. EDIN.

ET SOC. MED. LOND. SODALIS COR.

Inter omnes affectus qui vitae infantum interminantur, nullus tot *gravia ſymptomata* progenerare ſolet, quot DENTITIO difficilis et laborioſa.——Harris de morbis acut. infant.

Ad diem 24. Junii, hora locoque ſolitis.

EDINBURGI:

Apud BALFOUR et SMELLIE,

Academiae Typographos.

M,DCC,LXXXVIII,

C

Viro integerrimo

SAMUELI PRICE,

Medico prudenti felicique,

Quod charitate vere paterna pueritiam amplexus eſt,

Quod pectus animumque ad virtutis normam,

Non hortatu magis quam exemplo, compoſuit;

Quod primis ſalutiferae artis inſtitutis mentem imbuit,

Judicumque rude adhuc cereumque a gliſcenti erroris

Corruptela conſiliis vindicavit;

Ut ad eum, unde dimanarunt, fontem rite revertantur;

Haſce, amoris exiguum ingentis teſtimonium,

In re medica induſtriae

Primitias;

Necnon

Nec non

GULIELMO BASS,

Viro, tum ob artem quam ſtrenue ſcienterque exercet,

Tum ob niveam morum ſanctitatem,

Utiliſſimo ac venerabili,

Optime de pueritia, quam orbatam parentibus parentali

Amore fovit protexitque;

Optime de fortunis, quas ea cura procuravit,

Ut domeſticae ſolicitudines ſtudiorum ſilentio

Nequaquam obſtrepuêre,

Sed vicario ipſius conſilio requieſcunt,

Optime de promovendo harumce diſciplinarum progreſſu,

Quibus opportunum indulſit otium proſequendis;

Nunquam non promerito,

Haec, quibus ipſe aſpiravit, induſtriae rudimenta,

Gratiſſimo, quo par eſt, animoque devinctiſſimo,

D. D. D.

AUCTOR.

GULIELMO SYMONDS, M. D.

Societatum Naturae Studiof. Chemicaeque Edinenfium,

Nuper Praefidi,

Nec non

Nofocomii Herefordienfis medico, &c. &c.

S. P. D.

SAMUEL ALLVEY.

Tandem aliquando, mi Gulielme, *defudata medicarum, quarum tu mihi nuper focius confciufque adfuifti, difciplinarum palaeftra, fub fanctiffimis* Amicitiae *aufpiciis opufculum hocce inaugurale prodire liceat, idque eo mihi gratius jucundiufque, non quod ingenii gloriolae novitatis aliquid lenocinetur; fed quod amori neceffitudinique noftrae fignum quafi fuftulerit fuaviffimo ac amantiffimo confilio fermoneque tuo me quam primum perfructurum. Hic vero nihil a me (mea tibi etenim quantula fit mediocritas, apprime perfpectum eft), nihil, inquam, aut limatulo perpolitum judicio, aut conquifita perfectum induftria efflagitabis. Primulos tan-*

tummodo

tummodo accipias velim tirocinii medici fructus ; utinam a nativa Academici *soli bonitate non omnino degeneres, nec prorsus dedecorantes auctoritatem* Urbis, *atque* Magistrorum ! *Neque tibi vel minime subtimendum est, ne pagina haec nomini dicata tuo tuas in laudes impudentius luxuriet ; has etenim boni uno ore omnes, has circumferunt incorrupta vox bene judicantium, invitumque blande vestigant et ultro prosequuntur. Virtus namque tua, virginei ruboris instar, quo studiosius occultaveris, eo elucet magis latiusque suffunditur. Verecundiam vero tuam ne violem, subveritus, caeteras animi dotes quam dilectissimas taceam necesse est, utque huic uni obsecundem, sexcentae iniquo silentio obruuntur. Plura igitur ne adjiciam mea in te prohibet observantia, fallit vero decipitque amorem quam plurima effundere gestientem.* Vale !

Datum Edinburgi die 8vo ante
Kal. Julii, A. D. 1788.

EMENDATA.

Pag. 9. l. 5. *pro* decreſſere *lege* decreſcere
16. 4. *pro* protendat *lege* protendatur
13. *pro* clarem *lege* claram
19. 8. *pro* Uterque *lege* Quiſque
20. 2. *pro* chryſtallas *lege* chryſtallos
17. *pro* ſpoliati *lege* ſpoliato
22. 5. *pro* preſſura *lege* preſſuram

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

QUÆDAM DE

Dentitione morbiſque ex ea pendentibus complectens.

CUM civitatum vires praeſidiaque à civium multitudine copiaque potiſſimum pendeant, hi autem, ab ipſorum firma vegetaque infantia, quae hanc labes inficit peſſumdatque, ad adultam quoque aetatem pertineat neceſſe eſt: unde civium decreſſere vim, imperii opes dilabi, minui penitus amplitudinem.

Atque pueritia ipſa, cum per ſe inops atque imbecilla ſit, tum prae caeteris vitae humanae tempeſtatibus

majori aerumnarum mole conflictatur; "facillime in "morbos dilabuntur infantes," (inquit Harris), a quo etiamſi plurimi diſſentiant ſcriptores, luctuoſa tamen experientia conſtat, infantiles hoſce morbos non ita ab eadem aequabiliter cauſa derivari, nec eandem ſemper ſignorum induere faciem, proindeque nec curationis conſilium, ut ambitioſius praedicant, adeo in propatulo conſiſtere. Atque hi morbi, ſi ita non eſſent graves atque fatiferi, nobis minus ſuppeditarent, unde tot victimas vel primo vitae in limine quotannis mactatas conqueremur; neque hîc, eaque ſola, omnino culpanda velim aut parentum incuriam aut eorundem in ſobolem praepoſteram mollioremque indulgentiam, nec jure magis agreſtem nutricum inſcitiam, nec inſulſam mulierculaorum in re medica prudentiae affectationem, prorſus incuſaverim; quin potius fatendum eſt, hancce ſalutiferae artis provinciam erudito ingenuoque medico diutius fuiſſe, injuriaque denegatam.

Medicina enim empirica, quae in tractandis puerulorum morbis hucuſque praecipue invaluit, non aegrotis tantum periculoſae aleae, ſed et medicorum menti ingratae

tae caliginis plena eſt; nec mirum: Cum etenim aegrotantium infantia, tum ignorantia nutricum obſtat, quominus juſtas colligat medicus morborum rationes; unde non raro ut morbi indolem divinet neceſſe eſt, et ut conſuetudinis imperio potius quam rationali curationis conſilio morigeretur.

Morbos inter autem infantiae quaſi proprios, dentitio prae caeteris multum habet periculi, nonnihil etiam pertinacitatis; quare hic mihi mens eſt paucis perſtringere, quae naturae ex legibus ſponte fluant phaenomena, itemque morbos eadem quaſi rite ſtipantes; priuſquam vero rem aggrediar, mihi ſtatuendum puto an dentitio, ut nonnullis placuit, ipſa ſit inter morbos numeranda.

Et prima quidem fronte non immerito nobis mirum videbitur, dentitionem, utpote naturae corporis humani legibus tam conſonam, ab ullo unquam inter morbos fuiſſe collocatam; attamen ſcriptores, iique et ingenii et prudentiae laude florentes, hac de re diverſi diverſa ſtatuere; et quidem a nonnullis non ſolum morbus habetur, ſed in ſyſtemate quodam noſologico characterem

locumque

locumque ſuum ſortita eſt * ; alii † autem aliter ſentiunt. Si tamen infans plethoricum, mobile, aut inflammatorium a natura temperamentum ſortiatur, perperam negaveris quamplurimos graveſque morbos, inſtante dentitione, importari ; quibus dentitionem ut cauſam excitantem non immerito habuerim ; ſed *morbi* nomine non

* Dentitis Char. morbus infantulos a menſe ſexto aetatis ad finem anni ſecundi infeſtans; pyrexia, calore, rubore, tumore gingivarum, inquietudine, ſalivatione, et ſaepiſſime diarrhoea vomituque, comitatus.

A ſymptomatis eum graphice deſcribentibus, me judice, ordini phlegmaſium in Synopſi Doctoris Culleni omnium exactiſſima, viz. Cl. i. Ord. ii. apte competeret. Vid. Theſ. Medicam de Dentitione 1778, Auct. Jackſon.

† Dr Cardogan obſervavit, " Breeding teeth has been thought to be, " and is, fatal to many children : but I am confident this is not " from nature ; for it is no diſeaſe ; for we could not be well in health " till one or two and twenty or later. Teeth are breeding the greateſt part of that time ; and it is my opinion, the laſt teeth give more " pain than the firſt. But, whatever fever, fits, or other dangerous " ſymptoms, ſeem to attend this operation of nature, healthy chil- " dren have ſometimes bred their teeth without any ſuch bad acci- " dents." Eſſay on Nurſing, p. 31.

non insulsê minus, quam parturitio aut naturalis epiphysium offificatio, infigniretur: Praeterea haudquaquam exempla defunt, ubi illaefa prorfus fanitate, fine dolore vel moleftia, dentes erumpunt perficiunturque.

D E F I N I T I O.

Dentitio hoc in modo definiri poteft. Dentium eruptio, quae ftatutis ex legibus oeconomiae animali propriis fit, et cui morbi aliquando inftare folent, quorum vel comes vel caufa excitans effe poteft.

Ut autem quae de dentibus et morbis dentitionem nonnunquam comitantibus, poftea fum fcripturus melius intelligantur, defcriptionem hic partium anatomicam fubnectere decrevi.

CAP. I.

DE GINGIVIS ET MAXILLIS.

GINGIVÆ ſunt texturae firmae, inelaſticae, et prae caeteris corporis partibus mollioribus inſenſiles; interpoſito perioſtio, arcte maxillis connectuntur alveolos cingunt, et inter dentes ſerpent.

Duobus ex oſſibus conſtat Maxilla Superior, quae fere ſemper totam vitam permanent diſtincta. Maxilla ex parte ſuperiore et poſteriore inaequalis quum ſingulis fere faciei oſſibus adaptatur; ex parte vero inferiore et anteriore magis aequalis in latam marginem definit, quae alveolis pro dentibus continendis excavatur, et proceſſus alveolaris nominatur; maxillae fabrica quam maxime firma, niſi prope proceſſum, ubi admodum ſpongioſa eſt.

Maxilla

Maxilla inferior duobus ex offibus ad natum femper componitur, quae ad menti medium conjunguntur membranis, ubi poftea adeo coalefcunt, ut ne minimas rimas agant.

Offa maxillam inferiorem efformantia, inter illa quae prius conftituuntur, enumeranda funt. Nefbit inquit, "These may be confidered among the earlieft generated bones, for they begin to be formed before two months after conception *." Hoc etiam os alveolis dentium ordinem continentibus excavatur.

Proceffus alveolati duabus ex lamellis tenuibus, fcilicet, una externa, altera interna, fe invicem appropinquantibus formari depinguntur. Hae lamellae quibufdam offeis attenuatis fubftantiis inter eas tranfverfe currentibus, junguntur, quae proceffus, in alveolos ad dentium radices bene aptos difterminant; praeterea faciem fpongiofam exhibent, et multis foraminibus parvis pertunduntur, quae pertranfeunt vafa fanguifera.

Quan-

* Human Ofteogeny.

Quandocunque dentes, aut ex ſenectute, aut quadam injuria, excidunt, vel edentantur, tunc dicitur, hos alveolos brevi omnino defici, et pro cauſa habetur, cur facies ſenibus decreſcat, illorum mentum protendat, genae flacceſcant, loquela velox et indiſtincta evadat, lingua intra ſuos fines contineri vix poſſit, et denique ſaliva ex ore ſaepe diſtillet.

Maxillas alveolaſque natura bene conſtituit faciei formam decoram et nitidam dare. Sed praecipue dentes ad continendos ut eorum actione dum varie movetur maxilla inferior, melius cibus comminuatur, priuſquam ventriculi viribus ſubjiciatur. Maxillae etiam, vero ſpeciatim alveoli, ad clarem vocem magnopere contribuere affirmantur.

C A P.

CAP. II.

DE DENTIBUS.

DENTES ſunt officula figurae diverſae et magnitudinis, quae immobilia in alveolis figuntur junctura iſta quae anatomicis Gomphoſis nuncupatur *.

Cava in infantis alveolatis proceſſibus tribus quatuorve menſibus nati, molli materia repleta ſunt in membrana incluſa, dein tenuis lamella corticata, et aliquid rei oſſeae intra ſe profert, haec ſenſim augetur membrana pedetentim condenſat, cavis ſimul decreſcentibus, et muci copia imminuta, uſque dum conſtituitur dentis corpus ex quo poſtea enaſcuntur radices.

 Infantes

* Monro on the Human Bones.

Infantes raro dentibus enafcuntur, commemorant vero auctores, quod res aliquando accidere poffit *.

Dentes paulatim in os vertuntur ufque ad feptimum, octavum, vel nonum menfem ; ubi plerumque gingivas pertundere incipiunt ; vero tamen in nonnullis haud incidit duodecimo vel decimo quarto menfe poft natum elapfo, quod faepe debilitatis fignum habetur, nec femper jufte, quoniam robuftis fanifque haud raro advenit †. Nihilominus, quofdam morbos feu quaedam feminia hoc opus impedire poffe ; velut in rachitide laborantibus, aliove modo fractis, plane conftat, notandum eft ‡.

Omnis

* Haller. Elem. Phif. tom. 6. p. 19. ; Van Swieten. Comm. tom. 4. p. 742.

† Obfervatum Van Swieten puellam faniffimam cui 19. menfe primus dens erupit. Comm. tom. 4. p. 742.

‡ Plenck notum eft in infantibus rachiticis tarde admodum erumpere dentes, cum per flaccidas gingivas difficulter prodeant. Vid. De Morbis Dentium, p. 20.

Primrofe praeterea adnotavit infantis exemplum cui dens non fuit donec plufquam tres anni elapfi funt. Vid. De Morbis Puer.

Omnis dens ex duabus materiis componitur. nempe encaufto five fubftantia externa alba nitenteque, et offe five fubftantia interna, aliorum offium texturae perfimili.

Encauftum folummodo dentium illam partem obducit quae extra maxillam apparet; dum illa portio, nempe radix, quam alveolus includit, prorfus ex offe effingitur. Uterque dens excavatus eft, cavumque dentis figurae refpondet, et membrana tenuiffima vafis conferta intus obtegitur.

Materies offea infigniter denfa eft, et illuftris Hunterii experimenta illam ex lamellis effe factam, oftendunt *.

Encauftum duriffimum eft, nec tamen adeo durum ac vulgo creditur; multo attamen denfius ulla corporis alia parte, et limae quam parum cedit. Hoc diligenter refpectum, fibratam texturam exhibet, quae, Hunterio judice,

* Natural Hiftory of the Human Teeth.

† Ill. Monro Praelect,

judice, non fecus efformatur, ac in aliis corporibus quae in chryftallas coire folent *.

In homine, et quae carne vefcuntur animalibus, externa dentis pars hoc folummodo obtegitur ; herbis vero vefcentium offeam compagem penetrat encauftum ; multifque eorum pulcherrime variatur.

His herbas perterentibus ftructura haec maxime convenit. Mollior, aut pars offea conteritur, dum reftat durior, aut encauftum ; quapropter cibum ad deterendum quam bene accommodantur dentes ; attamen vero, quomodocunque durum fit incauftum tempus, ufufque frequens alios obtundunt, eorumque fuperficies amplificant, eoque temporis alii plani et aequi fiunt ; nec aliter in annis provectis res accidit.

Manducationis ufui optime infervit encauftum, offeam partem protegit, et ut cariei obftat ; neque tamen abfunt documenta, ubi hoc fpoliati dentes longum per tempus fefe habuerunt †.

D E

* Natural Hiftory of the Human Teeth, pag. 96.

† Ill. Monro Praelect.

DE DENTIUM NUMERIS IN INFANTIBUS, ÆVOQUE MATURIS.

Dentes qui primam ſeriem explent fere ſemper viginti numerantur, utraque in maxilla decem, ſcilicet, quatuor inciſores, duo canini, molares quatuor, qui omnes plerumque ſic gingivas perfodiunt; imprimis, duo medii inferioreſque; et dein duo medii ſuperiores; hos excipiunt duo laterales inferiores, poſtea, duo laterales ſuperiores erumpunt; deinceps, primi molares, exinde cuſpidati ſive dentes canini, demumque ſeſe protrudunt ſecundi molares. Hunterii bicuſpides haud adparent donec iteratur hoc opus. Qui nominantur pro tempore dentes ſive lactei anno plerumque ſeptimo decidere incipiunt, et ante decimum quartum tota ſeries (aliis dentibus erumpentibus) renovatur; multum tamen variat et quoad ordinem et tempus haec dentium redintegratio.

Utcunque ſit ubi renovandi dentes, eorum fines teruntur ſeu abſorbentur, evaneſcentibuſque radicibus, excidunt.

Pro-

Proceſſus alveolares quodam gradu tenus renoventur; quoniam novi ex priorum alveolis non oriuntur, nam inter illos quaſi repunt. Res in dubio eſt, necne ſummoventur primi ordinis radices et corpora, et ſecundi ad preſſura expelluntur? Nec aliter deperiunt, inquit inclytus Monro, jam enati baſis priſtinos radices adprimit. Argumenta ad hoc vindicandum oblata, multo ingenio imbuta, nec parum ſuas ſententias confirmant; praeterea, quo diutius pars comprimitur, eo citius abſorbetur, ſatis compertum eſt. Albinus et Hunterius nihilominus partem in contrariam eunt; ille hac de ratione, quod dentes quando neque comprimuntur, neque in ſeſe atteruntur, excidere, obſervaverat; ſequentia hic adjecit: "It would be very natural to ſuppoſe that "this was owing to a conſtant preſſure in the riſing "teeth againſt the fangs or ſockets of the firſt ſet; but "it is not ſo; for new alveolar proceſſes ariſe with the "new teeth, and the old alveolar ones decay in pro-"portion as the fangs of the old teeth decay; and, "when the firſt ſet fall out, the ſucceeding are ſo far "from

* Praelectiones.

"from having deſtroyed, by their preſſure, the parts "againſt which they might be ſuppoſed to puſh, that "they are ſtill incloſed and covered in a complete bony "ſocket; from this we perceive the change is not pro- "duced by a mechanical preſſure, but is a particular "proceſs in the animal oeconomy *." Haud mens eſt hoc exponere, ut ratum proponemus, ſic ubi pereunt priſtini, enaſcuntur novi.

Dentes collabi, quod haud parum infantium et adultorum magnitudine et forma diſcrepant maxillae, forte neceſſe ſit; porro, hae increſcunt donec illi gingivas perſciderunt; neque alius aliuſque incrementum aequis paſſibus properat. Hoc opere non peracto, maxillarum ad incrementum, nec reſponderent dentes et interſtitia inter illos ſupervenirent. Secundam vero ſuppeditat natura ſeriem numero et magnitudine inſigniorem, et adeo maxillae auctae capacitate magis accommodatam, unde et incommodum et deformitas evitatur.

QUANTUM

* Natural Hiſtory of the Teeth.

QUANTUM ET QUOMODO QUOAD FIGURAM SESE REFERUNT DENTES.

Quam multum formam variant; attamen vero, oris dextrae partis illi ſiniſtrae reſpondent, adeo ut paria efficiant; dum ſuperioris maxillae haecce paria loco et figura inferioris oppoſita referunt.

Una radice, ſicut inciſſores, alii inſtruuntur; alii, ut molares, duplici; denique, ſuperioris maxillae molares triplici ſaepe armantur.

De corpore, vel parte quae extra maxillam prominet; in baſin (quotcunque apices agnoſcat) et collum, non niſi lineam fictam baſi et radici interjacentem, prope alveolarem proceſſum, partitur.

DENTIUM

DENTIUM NOMINA.

Secundum externam figuram in classes dentes divise-runt; iisque nomina dederunt, eorum usum exponentia (quamvis non distincte) anatomici.

Incisores nec solummodo ita nuncupantur propter munera quibus inserviunt; etiam vero, propterea quod propria forma imbuuntur, ad cibum incidendum et dividendum quam bene apta.

Canini vocabulum agnoscunt, quia canis dentibus haud dissimiles, duris et tenacibus cibis dilacerandis nec male accommodantur.

Molares, qui alimentum permolunt exacteque comminuunt motu quasi laterali quem inter mandendum conficit maxilla inferior, dicuntur.

Nominia ex apicibus deducit Hunterius imprimis incifores, fefe produnt poftea Cufpidati aliorum canini verbum affumentes, quod in acumen definunt, et ex incifioribus qui in marginem abeunt fegregati; dein Bicufpides quibus nomen eft, utpote duo apices fuperficies emolentes defignant: Monroio duce, neque appellantur accurate, neque verbum illorum figuram exprimat, eo ufque aliquando tribus feu quatuor mucronibus fupplentur; demumque Molares, qui a Bicufpidatis non fecus ac ampliores funt et pluribus acuminibus ac radicibus praediti, difcrepare habentur.

Hujufmodi proximis ferius erumpentibus, idcirco, dentes fapientiae, nominatis et aliis molaribus, difcriminis non parum eft. Hi breviores, minores, magis intus projiciunt, comprimuntur radices, quo pacto quafi conici fiunt.

C A P.

CAP. III.

DE DENTITIONE.

HISTORIA.

QUANDO ſolito tempore quo erumpunt dentes, infans a ſanitate parum aut nil aberrat, neque multum febricitat, neque in parte ipſa magnopere doletur, ac dentes conſueto more gingivas perſcindunt, hoc naturae opus facilis ſive naturalis dentitio vocatur; atque raro ſeu nunquam auxilium petit; nihilominus res hoc in modo non ſemper progreditur, immo, omnia in pejus ruentia, graviora, terribiliora, et periculoſiora ſigna inſtant, et ipſam vitae arcem pulſant. Horum naturam et ſubſidium protinus exponemus.

Difficilis dentionis indicia, vel locum tantum, vel totum corpus, cruciant. Tumeſcit gingiva, rubeſcit, valdeque

deque inflammatur ; haec affectio toti oris plus minusve impertitur ; tonsillae frequenter admodum tument ; actus devorandi quam aegre perficitur ; infansque sugere parum aut nihil valet.

Glandulas parotideas aliquibus in casibus tumore affici, notatum fuit. Oculi suffunduntur et inflammantur ; tumescunt genae, et plerumque circa medium circumscripto rubore designantur.

Tenellulis, ubique oris escharae albidae saepe obveniunt, interdum in ulcera, seu gangraenam abeuntes, eoque magis, si simul cruditatibus afficiatur ventriculus *.

Longe

* "Si dentitionis sit tempus, (inquit Harris de morbis in ventri-
"culo infantum commemorans) quo male valent, plerisque sympto-
"matum praedictorum cruciari solent, atque insuper aphthae, ulcera
"oris caliditatis fere igneae (crusta quasi inalbescens) quae ante den-
"titionem ab ortu prima saepe adveniunt, et nonnunquam serius, sed
"quae hoc potissimum tempore praedominium habent, os totum
"adeo interdum exulcerabunt, ut nec mammas quantumlibet dilectas,
"neque

Longe lateque per corpus porrigens malum indicant plures functiones perturbatae.

Omnes glandulae suos latices magis ubertim effundunt, maximeque vero quae salivam ac fonte humorem pancreaticum seponunt. Abundat etiam bilis acidisque primis in viis obviam iens faeces tingit; interdum adstringitur alvus, plerumque attamen fluit, et hoc in initio morbi incidens puerulum lugentem, prope dentitionis finem, torquere pergit.

Laborat quoque plus minusve ventriculus; cibi fastidium, nausea, vomitus materiae crudae sive pituitae viscidae, lacte coacto plerumque commixtae, non infrequenter adveniunt.

Tenesmum torminaque miserum torquere, corporis contorsio et deploratio ostendunt.

Urina

" neque cochleare pulticula repletum queat sine molestia admittere os
" ipsorum tenerrimum, et quaquaversus exulceratum."

Urina interdum retinetur, et ex urethra fluxum virulentae gonorrhoeae haud absimilem subinde accidisse, memoriae traditum fuit *.

Pulsus saepe solito plenior, et semper frequentior est; spirat alte et crebre natus.

Tussis pertinaciter vexans somnum depellit, et sicubi somno se daturus, mucus e bronchiis et trachea distillans sibilum et spiritum sonorum edit.

Vis cerebri suam mutationem subit, quam manifestant cordis palpitatio, syncope, praesertim et abnormes seu motus convulsivi totum corpus, praecipue etiam vultum et collum afficientes. Ubi haec magnopere urgent, exsequitur plerumque epilepsia, quae saepe in tantum procedit, quod e vita decumbentem quam cito arripiat. Quam multum turbatur et interpellatur somnus, ac dormiens subito excitatur, juxta ac si maximum periculum ei imminuerit, vel ut hydrothorace laborantibus accidit.

Nec

* Hunter's Diseases of the Teeth, p. 116.

Nec minus quoque difturbantur functiones animales; hic et illic per corpus laffitudo eft, cui argumento funt ofcitatio et pandiculatio; totum corpus labafcit, multumque infirmatur.

Una cum his, febris plus minufve incedit, quae, incipiens faltem, fpeciem inflammatoriam induit, hoc confirmantibus propriis jamjam relatis.

DIFFICILIS DENTITIONIS CAUSÆ.

Inter ea, quae dentitionis aegre confectae feminia difpergunt, nonnullis laticum acrimoniam comprehendere placet. Qua ratione tale vitium in humoribus latet, et haecce propria exhibet, explanatu minime facile eft *.

Iis, qui hac de re ediderunt, plerumque annotatur, in corpore auctam fanguinis copiam circiter aetatem, qua

* Cadogan's Effay on Nurfing, p. 31. &c.

quâ erumpunt dentes ſeſe prodeuntem, his indiciis maxime viam ſternere, nec ſecus eſt; talis habitus inflammatoriae conditioni in univerſum objecitur; hoc igitur conceſſo, quin quicquid corpus ſive ſtimulat ſive concitat, hanc conditionem intendere poſſit, haud inficias eundum eſt; exinde febris inflammatoria difficile peractae dentitionis nunquam non comes.

Mobilitas per omnes partes corporis pollens, cauſas inter praediſponentes nec injuſte recenſetur. Quoniam plethora et nervoſi generis mobilitas frequenter conjunguntur, ferunt et opem petunt inviciſſim, febrem, epilepſiam, et quaſdam affectiones tetanicas procurando, quae, illo critico tempore, infantibus periculi tantum adjiciunt.

His quae accurate dicamus praediſponentes, ſunt aliae, aut occaſionales, aut excitantes addendae. Veruntamen illas tantum valere, quantum vulgo creditum eſt, concedere nolo; inſuper, in facili aeque ac in difficili dentitione pollent; attamen et nil noxae enaſcitur. Ex illis, ultra modum gingivarum denſitas et rigiditas, praeſertim

praefertim enumerantur. Nimis fubita offificatio et dentium accretio, quatenus praeter folitum gingivas non folum, fed etiam alveolos quaquaverfum comprimunt, haec figna efficere dicuntur.

Porro obfervatum eft, laminas proceffus alveolares obtegentes tam multum craffitudinis obtinere, vel etiam offificationis, ut his modis dentium proventum impediant; exinde praetereaque nervis compreffis, diverfi figna morbofa generis excitent: Si multi denique uno tempore dentes exoriuntur, gingivafque vexant; vel fi horum acumina vel lata, vel obtufa evadunt, dolor exinde oriens plus univerfi, feveri, et diuturni fibi vindicabit; etiamque haud parum mobilitatem augebit.

Haudquaquam equidem negandum, rationes fupra dictas multum mali faepiffime gignere, praefertim in loco; fin autem infantibus, quibus adeft diathefis vel plethorica, vel mobilis, hae fupervenire obfervantur, unc anni fere tempore penes nos erit, morborum plus univerforum dentitionem comitantium difficilem iftas quafi caufas efficientes habere.

Ut hujus sectionis finem attingamus; quum signa dentitionis difficilis tam varia, incerta, alia aliisque adeo dissimilia, nemo potest expectare, adfectus generum tam diversorum nos causa proxima unica tantum complecti valere; pro hac insuper ratione, quia dentitionem, quamcunque induat formam, sicut morbum sentire nolumus; fateri tamen debemus, hoc ex fonte multos morbos exordia sua depromere.

Propositis itaque plus fere consentaneum judicavimus, aliquam habere mentionem, de nexu horum adfectuum inter se diversorum peculiari, quibusque in modis etiam diversae corporis partes afficiuntur, dum erumpunt dentes.

RATIO MORBORUM DENTITIONEM DIFFICILEM SÆPE COMITANTIUM.

Adfectus locales, qui inter difficilem dentitionem se palam ostendunt, ut supra observatum est, summa recti specie,

ſpecie, ad cauſarum localium actionem referre poſſumus.

Hi affectus ſunt ſequentes.

1*mo*, *Gingivarum*, tonſillarum, aliorumque oris partium internarum inflammatio, ex quadam dentis irritatione, qui corporis extranei inſtar, aliquo modo agere videretur.

Irritabilitas infantibus, qui diatheſeos plethoricae, vel mobilis potiuntur, quaſi propria, talium ſymptomatum acceſſioni viribuſque, quam potiſſimum occaſionem dat. Hinc derivantur color rubicundus, tumor, aeſtus, (inflammationis ſymptomata ſolita), quae ſemper fere urgent.

Gangraena, praecipue autem *ſuppuratio*, inflammationis fines adſunt uſitatiores, omnibus praeſertim in exemplis, ubi vaſorum actiones, ſtimulo plus juſto admoto, plurimum valuerint.

Secretio aucta ex glandulis ſalivariis, quam penes nos eſt ſemper videre, actione vaſorum partis ipſius aucta bene perpenſa, explicationem facilem admittit; haec actio duo principia agnoſcit, vel ſanguinis ad has partes profluxum inſolitum, vel irritationem quamdam locis ex vicinis orientem.

Diarrhoea nec non *vomitus* partim irritabilitati univerſae, partim materiae indigeſtae, bili, aliiſve cruditatibus, quae diverſis primarum viarum in partibus ſitu fruuntur, obtemperant; hae, aliorum inſtar ſtimulorum, periſtalticam tubi inteſtinalis actionem incitant.

Alvi adſtrictae cauſas, quae aliquando ſuperveniunt, nonnullis in caſibus, defectui vigoris inteſtinis in ipſis, aliiſque temporibus harum partium affectioni ſpaſmodicae, tribuere fas erit.

Symptomata convulſionis, quae ſaepiſſime *aegrotulum* vexant, haud difficile explicari poſſunt, cum nobis perſuaſum eſt, his in exemplis ſyſtematis nervoſi incitationem et irregularem et violentam vigere.

Arte-

Arteriarum pulſus pyrexiae gradu, quantum vim ſpectant, quod vero ad frequentiam et celeritatem †, aucta ſyſtematis irritabilitate, nituntur.

Reſpiratio difficilis, *ſubſultus*, et *tuſſis*, aliquam organorum, reſpirationi inſervientium, laeſionem indicant; ambigitur, an haec natura ſpaſmodica, aut inflammatoria, aut ſimul conjunctis potitur.

Torpor, *laſſitudo*, *animaque demiſſa*, quas omnes plerique medicorum adnotare aſſueti fuerunt, aliquo rerum ſtatu, ex aqua in cranio collecta pendere videntur; nonnullis enim obſervatum eſt, hydrocephalum aliquando has affectiones, de quibus nunc agitur, ſtipare omninoque terminare. Atqui, pleriſque in exemplis, ſymptomata haecce melius aſtheniae valenti referuntur.

PROG-

† Differentiae nonnihil pulſum inter frequentem et celerem intercedit. Audi praeclari Culleni Praelect. in § cccxxxvi. Firſt Lines.

PROGNOSIS.

Tanto periculosior prognosis evadit, quanto debilius systema nervosum, et diathesis major phlogistica ; alvus adstricta non nisi malum adnotat. Sopor motus musculorum abnormesque summo jure inter pessima signa nuncupantur.

SUBLEVANDI METHODUS, ET AMANDANDI SYMPTOMATA, QUÆ PRÆCIPUE URGEANT.

Remedia, quibus hoc genus symptomata sanantur, in duo capita dividi satis apta queant.

1*mo*, Quae topicas, vel applicationes externas, vocare solemus.

2do,

2do, Remedia interne adhibenda.

Symptomatibus hujusmodi variis evadentibus, causis necnon ex diversis pendentibus, vel singulatim, vel conjunctim, indicationem ullam propriam, aut definitam, adhibere nullis modis penes nos erit. Multa observatum est experientia, infantes robustissimos, partim ob corpora sua tenera, partim fibrarum muscularium ob mollitiem, causis levissimis tantummodo admotis, primis in viis, indigestione, cruditate, acidoque, quam plurimum vexari; his rebus praeterea solis, nonnulli auctores, omnes fere morbos quibus infantes hoc vitae stadio laborare solent, tribuere volunt.

Hoc loci autem animadversu quam maxime dignum, hosce adfectus tantum esse symptomaticos, laesiones etiam magis universas indicare, quas primo amovere oportet.

Quibus modis hanc rem efficere valeamus, ut plurimum difficile semper habendum.

Constitutio

Conſtitutio ſingulorum, peculiaris nihilominus ſtamine niti primario videatur ; haec etiam inſuper a parentibus ad prolem, aliiſve modis adventitiis, ab initio etiam vitae, derivetur ; coeli tamen temperies, vitae modus, exercitium, aliarumque rerum externarum varietas eximia, annis labentibus, haud parum mutare poſſit aliquo modo temperamenta, de quibus experientia diurna nos certiores facit. Supra jamjam obſervatum habuimus, infantes, quibus vigent temperamenta ſanguinea et plethorica, eoſque denique quibus adeſt habitus valde irritabilis, dentitioni difficili eo magis obnoxios evadere, aiiſque ſequelis quas haec quam certiſſime adipiſcitur.

His ſymptomatibus diris, potiſſimum etiam timendis, ut plurimum obviam ire, ſemper parentum, nutricumque eſt ; igitur iis, omni tempore, ſit cura, ne talibus infantibus diaeta nimis lauta porrigatur.

Incipiente vita, vel prius dentes quam erupturi ſunt, cibo animali rariſſime uti oportet infantes.

Diaetam

Diaetam propriam, ſi praeter lac maternum alia neceſſaria putaretur, levem facilemque aſſimilationis evadere neceſſe eſt. " Ante dentium eruptionem (inquit " Primroſe) non conveniunt cibi ſolidiores. Ideo na-" tura, quae nihil fruſtra facit, et non deficit in neceſ-" ſariis, dentes ipſis denegavit, ſed lac conceſſit, quod " maſticatione non eget *." Spiritus, ardentes dicti, acidi arborum fructus; alia vegetabilium cruda, olea praeſertim, aliaque adipoſa omnino fugienda : Nihil ad bonam infantum, aeque ac adultorum, valetudinem magis confert, quam ſub dio libero ſalubrique frequens; ſed naturae modis propriis inſerviens, exercitium. Ii igitur, quibus curae ſunt infantes, omnino praecavere debent, ne huic rei animos ſuos quaſi inimicos habeant. Diaphoreſis itaque perpetuo ſuſtenta, atque modico ſuffulta exercitio, in vaſis deplendis multum habet utilitatis, et, ne congeſtiones quaedam ulla ratione adoriantur, prorſus vetat ; nec ſola, jam memorata ſunt; commoda exercitio modico profluentia ; tonum enim fibrarum muſcularium adauget, laxitatem nec non,

* Primroſe de Morbis Puer.

ex qua oriuntur mala peſſimi certe moris, ex toto fere fugat.

Laxitati ſolidorum morboſae, balnei frigidi aliqua ex parte regulari uſu, praeventum eſt. Quibuſdam regionibus, apud Scotos praecipue, mos eſt primis aetatis menſibus infantes immergere in aquam frigidam, et maximo cum fructu. Opus vero hoc ſaepe ſenſim male negligitur: Idem enim perfici debet, uſque ad tempus dentitionis, et quidem cum commodis maximis multo longius. Huxham monita quaedam de balnei uſu frigidi perutilia tradidit: "Nothing (inquit ille) "more effectually ſtrengthens weak lax fibres than "cold bathing. By this, weak, flabby, rickety chil- "dren are ſoon invigorated, as it were, to a miracle. "Indeed, in the times of ignorance, when the prieſts "were knaves, and the people fools, many a well was "ſanctified for nothing but pure cold water; the vir- "tues of which the miracle-mongers wholly attributed "to a ſaint of their own making *."

Verum

* Eſſay on Fevers.

Verum enimvero, his rebus neglectis, vel infante nimia ſyſtematis irritabilitate praedita, quae praeterea ullis difficilis dentitionis ſignis aegrum minitaretur, tunc temporis ſemper conſentaneum, omnique cura digniſſimum haberemus, animos noſtros ad gingivarum ſpeciem intendere; ubi ſaepenumero eveniſſe videtur, his remediis neceſſitas utendi evitatur, ſi tantum in mentem veniret, operationis cujuſdam ſimplicis, eodemque tutiſſimam petere opem; quae etiamque infantibus dentitione difficili laborantibus vix, aut ne vix quidem fugienda. Auxilium, ad quod nunc animum intendimus, gingivas inſtrumento aptato ſecando obtineatur; quamprimum enim dentes dolorem excitare coeperunt, tam multum amplitudinis obtinuiſſe inventi ſunt, ut per gingivas facillime percipiantur; harum deinde ſuperficies tumore tentantur, qui magis quam caeterae gingivarum partes colorem induit albeſcentem; hoc ſtatu rerum, nos commonuit experientia, inciſiones profundas habere, donec inſtrumento dentem tangere reſurgentem valeamus; ſi inciſiones cruciformes affligimus, multo erit melius: uſque ad dentes molares feratur inſtrumentum, et tranſverſae

etiam

etiam in eos incisiones efficiantur, cel. Monroius hic saepe, maximoque cum commodo portionem rotundam vel ovalem gingivae superficie exscindi imperavit, et haec, ni fallor, methodus invenietur melior, dentibus postea facillime in apertum venientibus. *Fouchard* quoque, in libro *Chirurgie Dentiste* dicto, dentibus incisoribus prodeuntibus incisionem secundum longitudinem maxillarum arcus efficere monet.

Hujusmodi operatio, nequaquam aliarum instar, simplex omnino evadit; dolore vix ullo stipatur, auxilium aliquando subitaneum miseris largitur; commodum etiam saepe permanens est, saltem signorum impetui malorum obstat. Multi contra hanc operationem militarunt; quae autem objiciuntur absurda frivolaque habenda. Cicatrice integra, prius dens dentesve quam erumpunt, penitus formata, sicut putavere nonnulli, nullo modo, Hunterio * judice, dentium eruptioni obest: Hoc opus eximia tam utilitas consecuta est, ut eodem celebri auctori placuerunt observationes hujusmodi:

"I

* Diseases of the Teeth, p. 122.

"I have performed this operation above ten times up-"on the ſame teeth, where the diſeaſe had recurred ſo "often, and every time with the abſolute removal of "the ſymptoms †." Inſuper, Profeſſor egregius anatomes noſter dixit, quamquam cicatrix formata ſit, craſſitieque gingivam ſanam exſuperet, reſectis nervis quorum contuſio omnia triſtia efficit ſymptomata, neque poſtea unitis, nihil mali inde occurrere poſſe.

Obſervatu dignum eſt, profluxum ſanguinis ſequentem, ſi naturae legibus tantum inſervit, non ſtatim cohiberi. Experientia enim docuit, inflammationem hac ratione vel exhauriri, vel penitus deripi. Haud raro accidit, quod ſymptomata multa abnormia, convulſiones nempe muſculorum digitorum flexui inſervientium, iſchuria vel dyſuria, et ex urethra materiae, iſtius inſtar gonorrhoeae, eximius profluxus aliaque hoc genus ſigna ſemper fere mitigantur, aliquando etiam ex toto, dentibus denteve erumpente, amoventur. Multa huic operationis modo alia objiciuntur; nonnulli etiam auctores, praecipue Doctor

† Diſeaſes of the Teeth, p. 121. nec non p. 126.

Doctor Millar, ſcarificationibus lenibus tantum arridet, niſi dentes ſolummodo jam erupturi ſunt. Haec denique Doctoris opinio non niſi fundamento niti arenoſo videtur; putat enim inſtrumentum aliquid dentibus injuriae proferre; hoc etiam praeterea ſimili modo cariem inducendo, dentibus ſecuturis nocere. Hac re autem tantum leviter conſiderata, objectionem Doctoris nihili pendere coacti ſumus. Enimvero, ſi prima dentium ſeries (qui brevi tantum ex uſu ſunt) ab hac cauſa aliquid injuriae ſuſtulerint, videre nequimus quomodo ſecunda dentium ſeries, prima jamjam ſublata, afficiatur. Primi infantium dentes ad radices uſque carie eroſi fuerunt; nonnulli etiam eorum novorum acumina tetigerunt; hi autem nullam ex contactu accepiſſe injuriam videbantur.

Praegreſſis colligendum, quae huic operationi non favent, opiniones modo jam prolatae, vix, aut ne vix quidem memoria dignae haberentur; ſcarificationes enim leves ex uſu ſunt, ad inflammationem mitigandam; haec operatio vero, non niſi dentes novos inſtrumentum tangeret, multo commodo pollebit: Aliae

prae-

praeterea applicationes, topicaé nempe et externae, nonnullis judicibus, admovendae ſunt ; hoc etiam genus adeſt ſanguinis detractio, hirudinibus ad gingivas ipſas, vel pone aures applicatis ; nec non rubefacientia, et veſicatoria, aliquo fructu, opinione auctorum teſte, potiri inventa fuerunt. Varia varii magnis laudibus ſuſtulerunt, olea ſcilicet, mucilagines, mel, et hujus etiam cum acido vitriolico miſturam. Aliqui, infantes coralio optimo cum fructu uti, putaverunt. Tametſi vero hujus uſus dolorem ſublevare, et inde aliquantulum quietatis praebere poſſit, nihilominus poſtea fere ſemper inflammationem certe adauget, dentiſque protruſionem minus facilem reddere reperitur. Multis aliis corporibus hujus loco uſi ſunt medici †; omni vero tempore obſervatu dignum, omnia hoc genus corpora gingivis aegroti nonnunquam nocere ; ubi enim partes inflammatione tentantur, vel eidem obnoxiae, omni tunc experientia certiores facti ſumus, has ſemper auctae ſenſibilitatis vel mobilitatis potiri ; quoque nervis gingivarum hiſce rebus colliſis, convulſiones aliaque ſymptomata

† Sparrman's Tranſlation of Roſen Van Roſenſtein's Diſeaſes of Children, p. 23.

mata non raro lachrymabilia inducuntur; quocirca (ut monet clarif. Monroius) ipfe infantuli digitus gingivis deliniendis optime convenit, neque quicquam aliud hoc ad confilium melius ufurpatur.

His omnibus bene itaque animo perpenfis, quod ad medicamenta praeter rofarum infufionem paululo acidi et mellis commiftam, nulla alia, me faltem judice, applicatio topica admoveri debet; abluantur os internum gingivaeque hac folutione faepe faepiufque indies.

Nonnullis in cafibus gingivae fuppuratione laborare inveniuntur, etfi non fecatione, inftrumenti proprii ope, ufi fumus; rebus ita fefe gerentibus, eadem infufio votis meis praecipue refpondet; medici enim eft obfervare, has ulcerationes his modis fanari. Sin autem, his regulis intente aut parum, aut nequaquam adminiftratis, nullo fere auxilio ftipatis, fefe oftendunt figna diathefeos phlogifticae, huic obviam ire fummis viribus conari debemus: His finibus infervit regimen totum antiphlogifticum.

Omne

Omne irritationes genus amovendae, cunctae praecipue aestu externo originem depromentes; si adfectuum hujusmodi principio adsit alvus adstricta, ope clysmatum emollientium ducere operae pretium erit; laxantia et diluentia summa gaudent utilitate, si admodum vires haud edunt stimulatrices.

Ad alvum modice ducendam praesertim conducit, Tartarus emeticus, vel vinum antimoniale parvis tantum dosibus adhibitum; alvi enim constrictionem amovere, spasmum vasorum extremorum divincere, fluidaque ad corpus externum arcere, haud parum auxilii confert. Paucae mercurii dulcis doses optime conveniunt, nempe a grano usque ad duo vel tria, prout infantum monet aetas; praesertim si maxime obseratur alvus, vel graveolentes sint faeces. Neque mihi exempla desunt, ubi pulvis antihecticus Gul. Fordyce Equitis * levi manu adhibitus, quam bene profecit.

Diarrhoea, si sponte sua superveniret, si etiam nimia, pro certo cohibenda; aliter verisimile videtur, ad vires

 misselli

* Essay on Fevers, p. 227.

miſelli frangendas multum convenire; ſin autem legibus naturae inſervit, magis prodeſt quam nocet. Hoc loci adnotatu dignum, infantes hujuſmodi evacuationem miris in modis ferre poſſint.

Raro inflammatoria ſigna tam multo potiuntur violentiae, ut venaeſectionem poſtulent; tametſi confitendum eſt, multum auxilii aliquibus in exemplis hanc evacuationem ſecutum eſſe.

Ventriculo ſorde multa laborante, adhibere pro re nata emetica nos oportebit. Aliquando primae viae aciditate vexantur; noxae hujuſce generis praecipue juvant pulveres teſtacei; irritationes enim omnes exinde orientes extemplo fere ſublevantur.

Julepum ſalinum, vel nitrum pulvere teſtaceo conjunctum, doſibus etiam parvis adhibitum, medicorum opinioni variorum arriſerunt: Proſint nec non iſtiuſmodi remedia, ubicunque in propatulo ſe oſtendunt aeſtus eximius vel iſchuria.

Si irritabilitas ſyſtematis, ſignis inflammationis penitus remotis, aliquo pro tempore maneat, ut haud raro accidit, hunc ſtatum amovere, remediis vi antiſpaſmodica pollentibus adhibitis, valeamus. Opium omnibus fere aliis antecellere ſemper habendum; profuere nec non adfectibus hujuſmodi moſchus, et camphora; aliquando etiam, irritabilem ſtatum devincere, convulſivo muſculorum motui proclivitati obviam ire, convulſiones necnon jam urgentes amovere, reperiuntur. Corticem Peruvianum adhibere hoc tempore, operae pretium erit. Infantibus igitur ut potiſſimum adaptata elaborari praeparatio poſſit extracto corticis, dum emulſionis formam induit, cum ſaccharo, et amygdalis paucis optime contrito; vel eodem cum gummi Arabico, ſeu extracto glycyrrhizi penitus diviſo, aquae cin. ſimplicis portionem juſtam gradatim addendo. Hoc temporis locique adnotatu dignum, prius hoc genus remedia quam adhibeamus, alvum ducere; ſordes cujuſcunque modi eandem infeſtantes auferre opus erit; ſignis ita amotis inflammatoriis reſpiratio expeditur.

Aegrotuli

Aegrotuli diaeta mitis ſit generis, parva ſaepe etiam quantitate repetatur. Utatur infantulus, praecipue ſi urgeat ſitis, liquore quovis diluente.

Si lacte mammario cujuſvis nutriatur infans, ſumma cura ad nutricis diaetam, aliaque animum ſerenum, corpus ſanum ſervantia, adhibenda eſt.

Ne autem medicis quibus hodie honoribus condecoror, tota mihi mens quaſi perſtricta videatur, hic tuum, Dulcis AMICITIA Numen, hic tua ſacra conſociata velim! Voſque, VIRI CHARISSIMI, ſingulis ſingulos nominibus compellare liceat, quibus ſummam me benevolentiam, ſenſuſque debere quam amiciſſimos alacriter profiteor; tua, enimvero, ROBERTE SPENCE, comitate ſuaviſſima quis non pertentaretur? Veſtraque,

que, THEOPHILE DYSON, nec non JOSEPHE VISE, quis consilia praesentissima, cordatos sermones quis non desideraret ? Tuis vero, FRANCISCE SMITH, quocum e studiorum tanquam carceribus emissus, una Academicum hocce spatium decucurri, ad metamque simul eandem tandem feliciter perveni, cum similes similiter institutae vitae rationes conspirant, coeptis votisque eadem quae et meis Fortuna Deusque obsecundent.

T A N T U M.

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS DE PERIPNEUMONIA:

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Auctoritate Dignissimi Vice-Cancellarii,

GULIELMI LEECHMAN, S. S. T. P. P.

ET COLLEGII GLASG. PRAEFECTI;

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI *Consensu,*

Et Nobilissimae FACULTATIS MEDICAE *Decreto;*

PRO GRADU DOCTORATUS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS;

IN COMITIIS UNIVERSITATIS GLASGUENSIS,

Eruditorum examini subjicit

HANDASIDE EDGAR, A. M.

SCOTO-BRITANNUS.

AD DIEM XXIX FEB. HORA MERIDIANA,

LOCO SOLITO.

Sic ut quimus, quando ut volumus non licet. TERENT.

GLASGUAE:

IN AEDIBUS ACADEMICIS

EXCUDEBANT ROBERTUS ET ANDREAS FOULIS,

ACADEMIAE TYPOGRAPHI,

M.DCC.LXXVI.

Viris Ornatiſſimis

GULIELMO CULLEN

In Academia Edinenſi

Medicinae uſus Profeſſori clariſſimo;

NEC NON,

ALEXANDRO STEVENSON,

Medicinae inſtitutionum ac uſus

In Academia Glaſguenſi

Profeſſori celeberrimo.

DENIQUE,

JACOBO RAE,

Chirurgo in urbi Edinenſi praeclaro

Medendi artis imprimis perito

Suo chirurgiae elementorum

Praeceptori diligentiſſimo

Monitori prudenti et vere amico

Cujus tot tantaque beneficia

Nulla dies ſibi memori ex animo delebit,

Hoc ejus primum conamen medicum

Sacrum voluit

AUCTOR.

DISSERTATIO

DE

PERIPNEUMONIA.

Ex innumeris fere morbis in humanum genus grassantibus, mihi, unum aliquem, de quo potissimum dissererem, deligere volenti, principem locum Peripneumonia visa est vindicare, quae Tractatum eo magis meretur, quod in hisce regionibus ad septentrionem vergentibus saepissime ingruit et discriminis plurimum intentat. Fructum mei laboris haud ingratum percepero, si ad naturam hujus morbi aperiendam, et ad periculum arcendum aliquod momenti, sum allaturus; sin minus magnitudo operis et experientia non ita magna me ab judicio nimis acri defendent.

DEFINITIO.

Definitionem hujus morbi quaerenti, Culleniana succurrit, quae quanquam ad nostrum propositum non satis idonea, tamen omnibus aliis multum anteponenda.

Pyrexia; pectoris sub sterno vel inter scapulas dolor obtusus; anxietas; spirandi difficultas; tussis plerumque humida saepe cruenta; pulsus aliquando mollis; faciei tumidae color purpureus.

MORBI NARRATIO.

Peripneumoniam incipientem indicant frigoris ſenſus, horror tremorque, quibus ſuccedunt, calor et ſitis, quietis impatientia, cibi faſtidium, et pervigilium; plenitudinis vel oppreſſionis in thorace ſenſu, dolore obtuſo, in latere uno, nonnunquam in utroque, ſed plerumque ſub ſterno vel inter ſcapulas, et difficultate ſpirandi turbatur aegrotus. Aer pulmonibus emiſſus caloris ſenſum excitat; aerem frigidum impenſius appetit; tuſſi ſicca ſed ſaepius humida agitatur. Pulſus frequens interdum mollis, verum plerumque inconſtans et fallax. Sanguis detractus et jam concretus, ſuperſiciem albam coriaceam repraeſentat, uti in aliis morbis ab inflammatione progredientibus. Urina ſubrubra et poſt ſeceſſum turbulenta. Procedente morbo, ſenſus plenitudinis gravior, ſpiritus arctior, et aere ramos tracheae permeante clangor auditur. Omnia haec ſymptomata magis magiſque ingraveſcunt et aegrotus recumbere volens, ſuffocatione periclitatur. Supervenit magna debilitas, venae circa collum tumeſcunt, pulſus exiguus, frequentior et inaequalis, faciei tumidae color purpureus, maxime circa cilia et genas, oculi graveſcunt, his omnibus ſe adjungunt ſtupor et delirium dejectius, denique poſt diros cruciatus ſtrangulatur aegrotans.

Hoc modo extinguitur peripneumonia implicatus, quum ejus impetus ſit maxime exitialis. Attamen ſunt alia ſymptomata, quae ſub finem hujus morbi, ſive in ſanitatem, ſive in alios morbos, vel denique in mortem ipſam exeuntis, apparent, et quoniam haud raro occurrunt, minime ſunt praetermittenda.

In primis dicendum eſt de his, quae ſecundiorem exitum huic morbo portendunt.

RESOLUTIO.

Quoſdam fortaſſe teneat opinio, reſolutione ſimplice peripneumoniam terminari poſſe ejus cauſa ſine effuſione vel excretione ſublata; verum haec terminatio perraro vel in leviſſimis tantum caſibus contingit, aut ubi fortiſſima remedia ſub primum morbi impetum adminiſtrentur; cenſemus enim reſolutionem hujus morbi, fere nunquam ſine excretione ab parte laborante evenire, aut ſine aliquo ſymptomatum, de quibus nunc dicendum eſt.

Ejectio ſputi vel puri vel cruenti inter ſigna reſolutionis maxime optanda habetur, hoc ſit, quum ſymptomata morbi miteſcant, reſpiratio evadat facilior, tuſſis haud moleſta, ſitis non magna, calor modicus, et humiditas per totum corpus aequaliter diffuſa, aut denique ubi remedia potentiſſima a primo morbi initio adhibentur.

Huic reſolutione adſit urinae ſecretio aucta, nonnunquam craſſa, et ſedimentum trito lateri ſimili deponens, ſed ſaepius veluti puri mixta, vel poſt ſedationem ſedimentum album aequale demittens; nulla hujus ſecretionis ſigna tradi poſſint praeter ſymptomata mitigata, quae ejectioni ſputi, vel aliis reſolutionem indicantibus ſunt communia.

Obſervant auctores ſudationem cum peripneumoniae reſolutione nonnunquam conjungi, et profecto in caſu tradito haud minus quam in aliis morbis febrilibus hoc poſſe accidere, non denegandum eſt, ſed quoniam crebrius in peripneumoniis ſymptomaticis aut in regionibus calidis, ubi febres diverſae ſpeciei pectoris affectionibus annectuntur, potius febri quam pulmonum vitio eſt attribuendum.

Haemorrhagiae narium, uteri, aut haemorrhoidum antiquitus inter ſigna morbi inclinantis annumerantur, at quoniam ſub noſtram obſervationem rarius cadunt, in medio relinquemus.

Diarrhaeam inter remedia vel inter ſigna reſolutionis fauſta habuerunt antiqui, ſed de hoc et de priori nihil pro certo affirmandum eſt, nulla enim documenta eorum utilitatis proferri poſſint, et nulla ſigna quae eorum adventum deſignant.

Denique peripneumoniae reſolutioni inſerviant inflammatio, abſceſſus in diverſis corporis partibus aut eruptiones in

ſumma cute; eorum adventum praevidere nequimus, tamen opem haud contemnendam interdum ferunt, quantum vero ad ſanitatem promovendam tendunt, in alio loco, quum ad prognoſim ventum ſit, melius patebit, et eorum theoria ſub ratione ſymptomatum plenius explicabitur.

SUPPURATIO.

Certum tempus, in quo haec ſupervenit, non eſt in promptu conſtituere, nam interdum in tertio aut quinto die accedit, in aliis caſibus reſolutio etiam poſt undecimum aut quartum decimum diem efficiatur. Inde liquet, nihil fidum ex duratione ſola deduci poſſe, ideoque conſideranda ſunt etiam ſymptomata, et ex his adunatis, conjecturam haud dubiam facere licet.

Si abſque ſputo aut aliis indiciis reſolutionis, morbus ultra ſeptimum aut nonum diem protrahatur, ſi meatus ſpiritus ſit difficilior, aut ſi plenitudinis, aut ſtricturae, ſenſus adſit, neceſſe eſt ut ſuppuratio ſuccedat, ni haec quamprimum tollantur. Progreditur etiam ſuppuratio, quum dolor ſe remittit, nec profluente ſputo, et dyſpnaea adhuc manente; quum leves tremores inordinate redeuntes percipiuntur, pulſus ſit mollior nec infrequentior. Abſceſſu ex toto formato, ſigna minus dubia ſe oſtendunt; cum prioribus enim ſymptomati-

bus febris remiſſiones et exaſperationes mane et veſpere recurſantes, ingruunt, circa caput et pectus ſudores ex parte, tuſſis ſicca et difficultas ſpirandi, haec duo poſteriora poſt motum aut cibum copioſum acrius invadunt; in tergo aut in latere dolente facilius recumbit aeger et nonnunquam ſentiuntur dolores leves pectus ſubinde ferientes.

GANGRAENA.

Peripneumonia in gangraenam deſinat, quum ſymptomata ſunt acerbiſſima et effuſionem ſanguinis indicant. Hoc erit fidei propius, ſi morbus epidemicus in putredinem tendat. Sed jam inceſſiſſe credendum eſt, ſi, adſint, doloris remiſſio repentina, ichoris nigri per os rejectio, pulſus celer, imbecillis, inaequalis, vires multum labefactatae, extremarum partium frigiditas, ſudores gelidi, tendinum ſubſultus, et lateris livor.

SCHIRRUS.

Tuberculas induratas et adhaeſiones pulmonicas ad pleuram coſtas integentem, ex peripneumonia naſci plerique volunt. Tuſſi ſicca poſt cibum aut motum increſcente, necnon ſpiritu graviore, maxime quum acclivem locum aſcendit aeger, nullo ſuppurationis ſigno exiſtente, tuberculae indicantur. Haud nihil ambigam, ſi adhaeſiones iiſdem ſymptomatibus

cognoſcantur; hoc tantum affirmare licet, eas in corporibus jam adultis poſt diſſectionem multoties detegi, quanquam ferme nullo pulmonum vitio vivi laborârint.

EFFUSIO.

Peripneumonia impedito cauſa mortis praecipua et proxima habeatur effuſio: difficultate ſpirandi et aliis ſymptomatibus, quae plus anxietatis quam doloris habent, deſignatur, rubore faciei et moleſtia jacendi etiam proditur. Tamen aegrum nonnunquam exanimatum fuiſſe, qui ad ultimum ſine dolore decumbendi patiens fuit, non denegamus. Peripneumonia in pectoris affectionem hydropicam exeat. Haec crebrius evenit, quando cubans multum infirmatur et ſanguis plus juſto detrahitur; ſpiritu difficile parca urina, pedum oedematibus, decubitu difficile, et aquae in pectore agitatione inſignitur.

INDICIA SECTIONE PATEFACTA.

In cadaveribus hominum, qui ex his malis intereunt, inſpiciendis, inflammationem, ſuppurationem, gangraenam, tuberculas pulmonicas, cruſtam coriaceam in ſummis pulmonibus compactam, ad pleuram et alias partes ſuperficiei eorundem conterminas, adhaeſiones, repererunt medici. Pleura minime ſaepe vitiatur ſola, et quanquam propria ſigna pleuritica morbum co-

mitantur, tamen pleura remansit integra. Puris aut seri ingens copia in thoracis cavis saepe congeritur; pulmones fiunt carnosi et jecinori subsimiles, adeoque graves, ut praeter naturam in aqua sidunt; cor nonnunquam ultra modum augetur, polypi in ventriculo et auricula dextris inveniuntur, sinus durae matris inferciuntur, piaque mater cum plexu choroide justo crassiores inflammationem subeunt. Hae observationes cum iis, quae postea proponentur, cognitionem aliquam quanquam non acuratam symptomatum magis communium praebebunt; qui rem fusius investigari vult, omnia in celeberrimo Morganio diligentius tractata inveniet.

DIAGNOSIS.

Huc symptomata apponenda sunt, quae necessaria ducuntur ad peripneumoniam ab aliis thoracis inflammationibus distinguendam, ad hoc magis consuetudine inducti, quam spe praesidii aliquid curantibus afferendi. Symptomata, quae tradiderunt medici uti propria et satis evidentia, quibus pleuritis ab aliis generibus discernatur; cum attentius investigantur, nullum discrimen clarum aut certum constituunt. Pulsus enim, de quo saepe fit mentio, nec est continuo mollis aut durus; in pleuritide et peripneumonia inconstans et fallax. Doloris distributio in acutum et obtusum, qua illustrissimi Culleni

opinio praecipue nititur ad diſtinctionem notandum profecto nihil valet, niſi etiam dolorem obtuſum cum una ſpecie ſymptomatum, acutum vero cum alia ſemper conjunctum eſſe demonſtrat; ſed hoc nec vulgo nec conſtanter cernere eſt, nam ſymptomata plerumque confunduntur, et ea, quae dolori obtuſo exiſtimantur propria, acutum ſaepe comitantur, et vice verſa. Praeterea ad partem affectam non ducunt ſymptomata, imo etiam quum pleuritidem clariſſime denunciare videntur, vitium in pulmonibus repertum fuit, pleura adhuc inviolata. Illuſtriſſimus Pringlius et Cleghornius, pulmones fere ſemper laborare, etiam quum pleura omnis vitii ſit expers, ſidenter affirmant; his etiam adſtipulatur celeberrimus Gregorius, qui in hanc ſententiam loquitur. "Pleura rariſſime afficitur ſola, "et etiamſi propria ſigna pleuritica adſunt, tamen pleura re-"peritur intacta." Si haec ſunt vera et certe nemo inficias eat, ſi cauſae et curatio utriuſque morbi ſunt prope conſimiles, talis ſeparatio eſt prorſus inutilis.

Symptomata inflammationem pericardii, cordis et mediaſtini ab peripneumonia diſtinentia exponere, eſt res in primis ardua, et medentibus non multum ſubveniens.

Nulla enim diſcriminantia ſigna illis propria cognoſcimus, praeter ſyncopen et cordis palpitationem, quae duo priora comitari dicuntur, quanquam nec perpetuo adſint. Peripneu-

monia a paraphrenitide dignofcatur, fi definitioni Boerhavianae affentiamur, delirio non remittente, rifu fardonico, fingultu multum urgente et furore, omnia haec ut paraphrenitidem denotantia tradit Boerhavius.

Peripneumonia notha a peripneumonia vera, febrilium fymptomatum vi quiefcente, oppreffionis fenfu circa pectus magis quam doloris, diftingui queat; praeterea catarrho fimilior, hebetantes et fenefcentes potiffimum adoritur.

Catarrhus a peripneumonia difcernatur, febre minus concitata et fecretione e narium et faucium membrana mucofa augefente; haec nunquam fe produnt, nifi quum peripneumonia fit fymptomatica vel aliis morbis implicata, quae quidem de induftria praeterimus.

Dolores thoracis nervofos ab hoc morbo diftinguere non erit difficile, quoniam mobilitate dolorum et febris abfentia declarantur.

Asthma ab peripneumonia dijudicari queat, quod, febre omnino abfente, aegrum poft acceffiones poene integrum dimittat.

PROGNOSIS.

Peripneumonia haud immerito exiftimatur morbus periculofus, quippe organa praecipua occupat, et ex perpetuo pectoris motu, fanguinisque vi pulmones jugiter perfluentis in-

genti, remedia exigua ſpe admoventur; ejus ſaevitia malignitate ſymptomatum aut inflammationis amplitudine, vel minuitur vel augetur, eoque magis ſi organa in thorace ſita aggrediatur.

Hipprocratis aphoriſmo de levamento, ſputi profluvio, oblato nihil adjici poteſt; dicit enim, quaecunque eſt forma aut figura humoris rejecti, ſi aegro opituletur, fauſtum ſignum habendum eſt, ſi aegrotantem non levat, ſputum utcunque ſpecioſum infauſtum aeſtimandum. Hanc obſervationem confirmat illuſtriſſimus Cleghornius, qui ſubjecit morbum ſaepe depelli, etiam quum humor excreatus, morbo vigente, ſit tenuis, crudus et decoloratus.

De aliis reſolutionis ſymptomatibus non eſt quod multum temporis conterimus, dummodo ſe evolvant, uti ſub narratione noſtra depingantur, et ſi morbo ſuccurritur, ſecundum omen exinde trahimus. At ſi non leniatur, ſymptomata negligenda. Morbi ad extremas partes tranſlatio ſaepe eſt praeſidio, ſed quum inflammatio in phrenitidem aut hepatitidem tranſit, mors plerumque inſtat. Ex ſuppuratione periculum timendum eſt. Aegrum ſtrangulet abſceſſus in cava bronchiorum irrumpens, ibique aeris meatum intercipiens. Excreationem purulentam, empyema aut phthiſim pulmonalem alliciat, quae mala ſunt graviſſima et ſaepe mortifera; his Boerhavius et alii, exceſſum

humoris purulenti per urinam aut dejectiones vel in certis organis depositionem, pure resorpto adjungunt; non inficiandum est quin hoc aliquando eveniat, sed a Boerhavio discedimus, quum originem abscessuum, qui interdum resolutionem comitantur, puri retracto attribuit. Horum enim explicatio longe diversa tradetur, quum ad rationem symptomatum ventum est.

Pus in cava abdominis penetret, aut extrinsecus prorumpat, illud fere semper est lethale, hoc secundum vitii pulmonalis magnitudem et loci naturam ubi prorumpat, uti puris excessui faventis, salutare vel funestum evadet. Gangraena superveniente, ultima mala metuenda sunt, enim mors repentina fere semper subsequitur.

Tuberculae nonnunquam periculum minitantur, nam corpus multis morbis gravibus obnoxium reddunt, et quanquam sunt leviores diu manent, et aegrius amoventur. Pulmonum ad pleuram adhaesiones raro sunt detrimento, aliquando tamen eandem cum tuberculis ad morbos propensionem inducunt. Effusio symptomatibus antea traditis declarata nostram prognosim ancipitem reddit, et si remediis adhibitis non extemplo subleventur symptomata, mors subita extimescenda est; quoniam effusionem peripneumoniae signum maxime infaustum posuimus. Sanguinis floridi, spumosi et lividi, cor-

pufculorum colore nigro aut fufco, excreatio, et alvus liquida, in praecipite aegrum effe denuntiant.

De diebus, qui vocantur critici, nihil certum afferri poteft, de his enim fcriptores magnopere diffentiunt, et experientia non multum fubveniente, pronuntiare haud licet, utrum in hoc morbo unquam animadvertuntur. In peripneumoniis fymptomaticis aut febre connexis innotefcunt, et in cafibus hujufmodi minime funt negligendi, quia pulmonum affectio de febris impetu praecipue pendebit; fi in peripneumonia vera unquam occurrant, judicatu difficile eft, quoniam a clariffimis hujus nationis medentibus nondum comperti funt.

CAUSAE PRAEDISPONENTES.

Caufae corpus peripneumoniae opportunum reddentes in eas, quae omni inflammationum generi funt communes et in eas, quae in pulmones praecipue incumbant, defcribantur. Quoniam primum genus latiffime patet, eas fecundum effectus, quos in corpore edunt, ordinabimus.

1mo. Quodcunque in arteriofo genere plethoram excitat, uti vita fedentaria, cibi quibus ineft plurimum alimenti, evacuationum naturalium vel coactarum fuppreffio.

2do. Quodcunque tonum corporis et firmitudinem promovet, uti coelum frigidum, tempeftates gelidae, liquores

ardentes cum aliis ſtimulis ultra modum aſſumpti, necnon medicinae tonicae, veluti cortex Peruvianus et chalybs.

3tio. Quodcunque genus nervoſum magis irritabile efficit, uti morbi praegredientes, evacuationes nimiae, exercitium immodicum, cibi potioniſque liberior indulgentia aut concubitus frequentior; nocet etiam aer calidus diutius corpori circumfuſus; hoc plerumque accidit iis, qui in locis concluſis multum degunt, aut in lectis ſe nimiis ſtragulis obtegunt.

Modum in quo cauſae generaliores agunt, hic accuratius definire ſupervacuum eſſet, quoniam omnibus phlegmaſiis ſunt communes, ideoque multis auctoribus fuſius explicatae cunctis innoteſcunt, ad cauſas igitur peripneumoniae proprias progrediendum eſt.

Membra humani corporis diverſa, nec eodem tempore, nec pari incremento inſurgunt, ſed gradatim adoleſcunt. In prima aetate capitis magnitudo, ſanguis ex naribus ſaepius prorumpens ejus ingentem vim ad caput protruſam eſſe, haud obſcure demonſtrant. Progrediente vita, determinatio avertitur et ad genitalia utriuſque ſexus propellitur ſanguis. Exinde ab vaſis uterinis ſanguinis profluvium hac aetate increbreſcit. Ex ephebis, quum membra omnino evolvuntur, uſque ad vitae decurſum, plethora arterioſa in venas tranſeunte, ſanguis in pulmones praecipue ruit, uti ex ſputi cruenti crebra ejectioni

probatur; hinc ratio deducenda, cur haec aetas peripneumoniae eſt opportunior. Nam ſi aequa fluidorum diſtributio, vaſis externis contractis et ſanguine in partibus interioribus cumulato, aliiſve cauſis turbetur, pulmones ad morbum erunt proniores, quippe ſanguis in iter conſuetum facilius quam alias feretur, unde congeſtio et inflammatio ſubſequentur; quapropter auctores haud temere, ſpatium inter pubertatem et vitae decurſum uti peripneumoniae maxime accommodatam habuiſſe manifeſtum eſt.

Morbos praecedentes inter cauſas, quae nervoſum genus magis irritabile reddunt, jam poſuimus. Hi etiam, qui pulmones praecipue exagitant, uti catarrhus, peripneumonia, aſthma inter irritamenta annumerandi ſunt; porro pulmonum fabricam diruendo et eorundem miniſterium interpellando, praeterea tuberculis earumque ad pleuram adhaeſionibus, haud minus laedunt. Haec enim reſpirationem difficiliorem faciunt, curſum ſanguinis per pulmones remorantur, congeſtionem et mala huic cognata ſollicitant. Prava thoracis conformatio, unde unde oritur, ſimiles procreabit effectus.

CAUSAE OCCASIONALES.

Peripneumonia omnibus tempeſtatibus ſed praeſertim in frigidis corpora adoriatur, idcirco eam ex frigore corpori ad-

moto gigni censemus. Haec opinio omnium medicorum observationibus subnititur. Ad internas inflammationes suscitandas, frigus superficiei aut partibus consentientibus, sicuti stomacho applicandum est, quo facto, vasa partis, ad quam adspirat, et cuncta etiam vasa externa, simul contrahuntur, eoque modo major sanguinis copia in partes interiores confluit, ideoque si justus sanguinis circuitus, vi naturae medicatrice, non redintigretur, congestio partes ei aptatas occupat, unde inflammatio, ut postea patebit, concilietur. Hi effectus non ad frigoris gradum, sed ad transitionis celeritatem ex aëre calefacto in frigidum, referendi sunt. Quicunque enim est gradus caloris praesentis, in quo aliquis versatur, repentina detractio est periculosa, eoque magis quum thermometron evehatur, sed caeteris paribus, quo major et celerior transitio, eo insigniores effectus producet. Plures enim ob majorem temperiei differentiam in tempore nocturno et diurno, vel in locis soli et umbrae expositis, vere et autumno, quam in media aestate aut hieme, peripneumoniis et aliis inflammationibus vexantur, ob quam causam homines coelo calidiori assuefacti in hunc morbum saepissime incidunt.

Praeter frigus, scriptores multitudinem causarum occurrentium enumeravere, et inter alias, corporis nisus vehementiores, uti cursum, saltum, gravium onerum portationem;

quibus addunt organorum refpirantium conatus valentiores, uti rifum, cantum, vociferationem, quoniam haec refpirationem liberam et aequabilem interpellant congeftioni pulmonali favent, inde inflammatio gigni poffit. Sed hoc non frequenter evenit, eo quod haemoptyfi fymptomata inflammatoria vulgo arcentur. Pulvis caufticus vaporefque nocivi pulmonibus inhalati, eos corrodentes et irritantes peripneumoniam inducant; injuriae externis partibus illatae, circa pulmones plagae, huc etiam faciunt; at quandoquidem fymptomata in cafibus, quos noviffime recenfuimus, fecundum naturam injuriarum variant, affectio ideopathica non habenda eft, ideoque a propofito noftro aliena.

Humorem morbidum aut acrem, in fanguinem introductum, aut in pulmones depofitum, peripneumoniam procreare quidam opinati funt. Variantes formae, quae in hujus morbi refolutione exhibentur, hanc pofitionem confirmare vifae funt, fed quoniam hujus rei rationem in alio loco clariorem proponere ftatuimus, in praefentia tantum obfervandum eft: Peripneumoniam humori contaminato non adfcribendam effe, quia per contagium nunquam vulgatur; nam nullis documentis inflammationem in partibus interioribus humore vitiato gigni, nifi ex contagio progredientem, uti in quibufdam catarrhis accidit, manifeftum eft.

CAUSA PROXIMA.

Caufae hujus morbi, five fummas partes conftringendo, five liberam et aequabilem refpirationem interpellando, fuam vim exferunt; primo fanguinis congeftionem in pulmonibus conflant, quorum vafa infolito fluidorum confluxu ultra debitum dilatata, fibraeque mufculares praeter naturam diftentae, fibi ipfis contractione fpafmica fuccurrere conantur; haec contractio in vafis minoribus exorditur, et, curfu fanguinis intercepto, vim ftimulantem in cor et arterias exercet; vafa partium contiguarum primum irritantur, et fi ftimulus fit fortior, ad cuncta vafa fanguinem perferentia irritatio pertinet. Hunc effe morbi proceffum, fymptomata ab ejus initio ufque ad finem permanentia fatis oftendunt. Frigiditas et horrores fub ortum hujus morbi ingruentes, omni affectioni febrili fe adfcifcunt, quandocunque conftrictio extrema vafa ubi ubi fita invadit, eamque conftrictionem in peripneumonia fubeffe demonftrant. Actio cordis et arteriarum adaucta, ex qua fymptomata maxime infefta proveniunt, conftrictioni perpetuo adhaeret. Hanc actionem fuftentare videtur irritatio e conftrictione progrediens, nam in omnibus cafibus ufque ad remiffionem fpafmi perdurat. Vis tamen renitens, quae certis legibus compagis animalis ad contractionem devincendam fufcitari

videtur, perraro eſt praeſidio; nam quum morbus in mortem non exit, ſpaſmus tardius ſolvitur, niſi debita remedia admoventur. Haec pertinacia e tono generis arterioſi auctiore, aut diatheſi phlogiſtica, cui morbus materiam praebeat, etiamſi, quod rariſſime uſu venit, fuerit nulla ad hanc praevia proclivitas, naſcitur. Nam congeſtio non ſolum vaſa perferentia ſanguinem irritat, ſed etiam in arterioſum genus quoſdam effectus edit, fibrarum muſcularum tonum praecipue intendens, ex quo vaſa validius contrahuntur, dilatationi repugnant, et haud leviter conſtricta, ſanguinem arctius complectuntur. Hanc diatheſim eſſe cauſam durationis ſpaſmi oſtendunt pulſus duriuſculus, calor ardentior, et alia ſymptomata concurrentia; cauſae etiam hanc affectionem allicientes, quae generis arterioſi tonum irritatione intendunt, uti frigus et ſtimulantia; amplius etiam confirmatur ratione medendi, quae ad vaſa per evacuationes relaxanda dirigitur.

Proxima peripneumoniae cauſa ad impetum ſanguinis per univerſum corpus acceleratum in pulmonibus praeſertim, eumque contractione ſpaſmica in vaſis extremis conflatum, jam redacta; fortaſſe rogetur, num haec contractio cuncta vaſa pulmonalia indiſcriminatim, an tantum arteriam bronchialem aut pulmonalem adoritur? quidam auctores affirmant priorem ſolam infeſtari, alii, tametſi utramque vitiari

posse non renuunt, affectionem eodem tempore ad unum vasorum ordinem pertingere, dictitant; at quoniam nemo certa discriminantia signa tradidit, haec opinio ut conjecturalis potius quam vera spectanda est, praeterea, uti nihil commodi medentibus exinde erui possit, distinctionem rejicimus.

Priusquam hanc partem nostri operis conficimus, haud alienum erit, in opinionem per hosce proximos annos multum valentem, et auctoritate celeberrimi Boerhavii nitentem, animadvertere. Hic enim putavit inflammationem obstructione provenire, cui originem dedit viscidítas morbosa aut fluidorum lentor, quam conjecturam confirmare visus est sanguis crustam coriaceam repraesentans; sed hoc ejus praecipuum argumentum facillime refellatur, crusta enim ex fluidorum in statu sano portione, componi videtur, et in hoc morbo ab actione vasorum incitata suboritur, uti experimenta ingeniosi Hewson manifeste docent. Post sanguinis detractionem, primum poculum crusta contectum, secundum tamen, actione vasorum diminuta, frequenter crusta exutum esse, reperit; e contrario, quum pulsus plethora degravaretur, sanguinem prius eductum hanc crustam nunquam exhibere, sed sanguinem proxime detractum crusta coopertum esse autumat, pulsu eodem tempore valescente; praeterea hanc tunicam coriaceam potius tenuitati quam fluidorum lentori attribuendam esse

demonſtravit; ex quibus judicare licet eam magis inter effectus morbi quam cauſas recenſendam eſſe. Ad hoc, inflammatio tam ſubito irruit, ut hanc procreare lentorem vix credendum eſt, quamobrem iſtam opinionem repudiamus. Quum doctrinam lentoris antiquemus, non ergo Hallero et aliis aſſentimur, qui obſtructionem penitus abigere volunt; eam in fluidis non exiſtere confitendum eſt, tamen, ut ſupra diximus, ſymptomata obſtructionem in vaſis minoribus ſubeſſe indicant, quae, contractione ſuſcitata, inflammationem, vi motrici compagis animalis ſtimulum admovendo, producit.

RATIO SYMPTOMATUM.

Rationem ſymptomatum aggredienti idoneum viſum eſt a pulſu incipere, hoc enim rite intellecto, omnia reliqua ſymptomata ad cognoſcendum erint magis illuſtria.

PULSUS ALIQUANDO MOLLIS. Quare pulſus in peripneumonia reperitur mollis, contra quam in aliis inflammationibus evenit, eſt res multa obſcuritate involuta; ut ad veritatem, quantum in nobis, appropinquemus, notandum eſt, pulſum duriorem febribus inflammatoriis adhaerentem ex tono vaſorum magis intento, aut ex proclivitate ad contractionem immodica, ortum ducere; ef-

fectus, quos venaesectio et aliae medicinae vasa deplentes, tunicasque eorum relaxantes in pulsu emolliendo exserunt, huic argumento favere videntur. Mollitiem pulsus in peripneumonia ex aliqua causa effectum depletioni non absimilem praebente nasci arbitramur, quoniam in plerisque casibus ubi contingit, est effusio insignis, cui effusioni locum praebent vasa ubi vitium grassatur, in partibus pulmonum laxioribus vel cellulosis collocata, ob eamque causam haud multum dilatationi resistunt et effusionem facile patiuntur, unde aliqua ex parte exonerantur, minusque irritationis ab impetu sanguinis magis incitato suscipiunt quam si effusio non adesset. Praeterea supra diximus localem affectionem esse stimulum, quo febris accenditur et alitur, si vasa partis laborantis quodammodo resolvuntur, totum genus arteriosum similem remissionem subibit, et distensione magna ex parte diminuta, leviores ictus digito dabit, pulsumque tactu molliorem reddet. His rationibus adjungere lubet quorundem sententiam, qui hoc symptoma obstaculis sanguinis transitum in pulmones impedientibus et ejus regressui ad cordis ventriculum sinistrum retardato, attribuunt, unde sit, ut aorta et ejus rami extremi minus solito implentur et distenduntur, ob eamque causam pulsus mollis et exiguus evadit.

PECTORIS SUB STERNO VEL INTER SCAPULAS DOLOR OBTUSUS. Priorum ſymptomatum explicatio hoc etiam magis apertum reddit; dolor ab interiorum partium inflammatione progrediens, partim vaſorum proclivitate ad conſtrictionem, partim impetu validiore et plus juſto ſanguinis copia vaſa diſtendente, ſuſcitatur: vaſa igitur quum diſtentioni repugnant et fortius contrahuntur, ſenſus doloris erit acutus ob dilacerationem dolentem, qua fibrae muſculares vexantur; at quum contractio eſt minus violenta, et arteriarum tunicae, dilatationi facilius cedunt, ſenſus doloris erit obtuſus, quia fibrae muſculares minus pertinaciter reſiſtentes, irritatione, non tantum laceſſuntur.

TUSSIS PLERUMQUE HUMIDA SAEPE CRUENTA. Quodcunque ſenſum doloris in pulmonibus aut vicinis partibus excitat, tuſſim quoque movet, ideoque omnibus thoracis inflammationibus hoc ſymptoma annectitur. Pleriſque ſub initium eſt ſicca, at in peripneumonia a primo fere incurſu profluvium ſputi ſaepe ſuboritur, quod ad eandem cauſam cum ſymptomatibus ſupra narratis videtur referendum, ſcilicet, ad facilitatem, qua diſtenſionem recipiunt vaſa et effuſionem ſubſequentem. Humor rejectus primo eſt tenuis, ſed, ſymptomatibus miteſcentibus, ſpeciem craſſiorem et magis ac-

qualem induit, hoc partim ſpatio, quo jacuerit extra vaſa, aſcribatur, ſed multo maxime, vaſorum diverſo habitui, prout magis minuſve contractione aut ſpaſmo offenduntur. Hunc copioſius excreatum, uti ejectionem humoris morbidi, qua curatio conficeretur, quidam duxere; at opinionem de tali humore in hoc morbo exiſtente jam refutavimus, ideoque nihil argumentis nuper prolatis addendum eſt. Sputi ejectio ad ſpaſmum in vaſis extremis reſolvendum viſa eſt non inutilis, et profecto in hoc caſu ejus utilitas non eſt omnino contemnenda, attamen nihil ad ſanitatem moliri videtur, niſi quum remedia efficaciora in auxilium accerſantur. Haec opinio eſt magis probabilis quum in mentem revocamus, profluvium ſputi largum nunquam contingere nec quidem levamen afferre, niſi quum ſanguinis detractio et alia remedia praeceſſerunt, quae, ſpaſmum ſolvendo, humoris incluſi portionem vaſa effundere ſinunt. Talibus rationibus adducti, hanc non eſſe cauſam praecipuam reſolutionis arbitramur, quippe potius reſolutionem indicat, et ſpaſmum remittentem citoque abiturum praenuntiat. Cruentum ſputum ex impetu ſanguinis concitato fluit, qui vaſa majora dirumpit et ſanguinem extra ea propellit.

Quod jam de ſputi profluvio profertur, ad urinam, ſudorem et alias excretiones, quae reſolutionem peripneumoniae affectantur, transferri queat. Nihil amplius praedictis adjici-

endum eſt, niſi ut evacuationes et earum ſpecies variantes pro indicio vaſorum remiſſionis, accipiendas eſſe exiſtimemus.

ANXIETAS. Senſus moleſti morbis provenientes ad duo genera revocentur; dolorem ſcilicet et anxietatem. Anxietas eſt ſenſus moleſtus, qui dolori diſſimilis, intra ſpatium anguſtum nunquam coercetur, plerumque ab vi quarundum functionum labefactata progreditur, quod videre eſt, ubi organum reſpirans infirmatur, aut, ut ſaepe in peripneumonia accidit, obſtructione vaſorum pulmonalium, quae ſanguinem pertranſeuntem retardet, naſcatur. Haec obſtructio ad ſpaſmum vaſorum referri poſſit, ſed quum eo incrementi proceſſit, ut anxietatem moleſtiſſimam in hoc morbo ſaepe conſpectam ſuſcitet, arbitramur non ſolum conſtrictionem adeſſe, verum etiam ſanguinis rubri effuſionem in telam pulmonum celluloſam irruere, quae et circuitum ſanguinis remoratur, meatumque aeris liberum et pulmonum dilatationem juſtam inhibet. Pauca de hoc ſanguinis ab vaſis profluvio ſub titulo effuſionis jam praemiſimus, huic enim pulmonum ſpecies rubicunda jecinori non diſſimilis in hoc morbo ſaepe obſervata, attribuenda eſt.

RESPIRATIO DIFFICILIS. Haec etiam vim reſiſtentem in vaſis pulmonicis haud parvam ſubeſſe demonſtrat, nam uti unaquaeque reſpiratio aliquantum ſanguinis ex dextro in ventriculum laevum tranſmittere adnititur; ſi, obſtructione ſub-

oriente, ſanguis in dextrum ventriculum et pulmonalis arteriae extremitates colligatur, debita ſanguinis portione non tranſmiſſa, talis eſt corporis animalis lex, ut reſpiratio frequentior in auxilium vocetur. Tranſmiſſionem ſanguinis retardatam, quae ſenſum anxietatis infert, levare tentamus noſmetipſi, non ſolum anhelitu frequentiore ſed etiam fortius inſpirando, ut pulmones expanderentur et inſolitum fluidorum confluxum reciperent; organis, reſpirationi quae inſerviant, huic niſui imparibus, majori vi coſtas et ſternum attollere, conamur, caput quoque protendimus et hujus extenſionis cauſa omnem vim muſcularem effundimus; quantoque plures potentiae in ſubſidium ducuntur, tanto reſpiratio erit difficilior et operoſior.

Calidus ſpiritus impetui ſanguinis in pulmonibus continenter ſe adjungit, nam quaecunque cauſa calorem in corpore gignit, eum actioni vaſorum ſanguiferorum conjunctiſſimum eſſe inconfeſſo eſt, hac enim increſcente, alter pariter augetur, et ex calore pulmonum ferveſcente, aer eos pervadens praeter aequum caleſcit.

DECUBITUS DIFFICILIS. Poſitura corporis diverſae functiones internae haud leviter afficiuntur, inter eas praeſertim reſpiratio; ſitus enim ſupinus dum viſcerum et muſculorum abdominalium in ſeptum tranſverſum onus rejiciat et ac-

tioni musculorum, qui inter costas ponuntur, obsistat, extensio thoracis inhibetur, cui situs erectus obstaculis abigendis favet. In secunda valetudine, hoc non multum officit, attamen quum respiratio est gravior, extensio diaphragmatis et musculorum actio sunt in primis necessariae. Situs resupinus effusionem in pulmonibus promovet, sanguinis regressum ab partibus extremis incitando, eumque ad caput propellendo, quum ejus recursus quodammodo intercluditur, conjestionem ibi gignit, inde tussis gravior et anxietas vehementior moventur, quibus malis saepe subveniat extemplo situs erectior.

FACIEI TUMIDAE COLOR PURPUREUS. Hujus symptomatis ratio e pulmonum vi resistente, quae recursum sanguinis venas perfluentis moratur, deducenda est; hic sanguis ad auriculam et ventriculum dextrum stagnat, venae cervicis capitisque exinde distentae nimiam sanguinis portionem recipiunt, quo factum est, ut species purpurea jam praedicta referatur.

Huic nostrae dissertationis parti finis imponetur, postquam pauca de levamento, quod peripneumoniae affert inflammatio in aliis corporis partibus exsurgens, subjecerimus. Hanc inflammationem humori morbido aut puri de pulmonibus, venis suscepto et in certas partes delato, ab iisque abscessu projecto, imputat Boerhavius. Sed jam ab expulsione humoris morbidi

eam nunquam derivari oftendimus, quia talis humor in peripneumonia non detegitur, neque ex puris tranflatione procreari aeque certum eft, quoniam hae inflammationes faepiffime incelfunt, priufquam ullum puris generari cognofcimus, et fi ante ejus generationem non contingant, nullam opem impertiuntur. Opionine hujus celeberrimi auctoris antiquata, aliam fortaffe magis verifimilem in ejus locum fubftituere conabimur.

Diathefe phlogiftica (uti in hoc morbo femper) locum habente, inflammatio in qualibet corporis parte leviffimo momento accenditur, et conftat, inflammatione integram partem aggrediente, proximum malum plerumque deleniri. Congeftio enim in una parte, determinatione fanguinis nimia creata, diminuitur, quum ulla ex caufa, alias avertitur; hoc modo originem levamenti, quod in peripneumonia aeger accipit, inflammatione aut abfceffu in partibus extremis genito, inveftigamus. Diathefis phlogiftica eft caufa quoque, cur peripneumonia in phrenitidem et anginam tam frequenter exit, quodque inflammatio et dolor aliquando in unum pulmonum lobum incurrunt, et deinde ad alium deflectentes, locum prius vitiatum, morbi penitus immunem derelinquunt.

Haud neceffe eft, ut diverfas theorias de fuppuratione, gangraena et fchirro a multis auctoribus editas, illuftremus, paucos enim latent et noftrae differtationi haud multum congruunt.

RATIO MEDENDI.

Proximam peripneumoniae caufam in impetu fanguinis per univerfum corpus augefcente, in pulmonibus praefertim, confiftere, eumque contractione vaforum extremorum fpafmodica fufcitatum, ex argumentis fupra prolatis patefactum effe arbitramur; ad curationem naturae morbi, uti jam defcripti, accommodatam, nunc convertendum eft; medentem igitur animum praecipue intendere ad fequentia oportet.

1mo. Ad impetum in pulmonibus et in corpore univerfo detrahendum.

2do. Ad conftrictionem vaforum extremorum in corpore univerfo aeque ac in parte dolente folvendam.

3tio. Ad tales evacuationes promovendas, quae apud auctores habentur criticae et refolutioni peripneumoniae interdum adeffe, fupra pronunciantur.

4to. Ad quaedam fymptomata graviora delenienda.

Ad impetum fanguinis diminuendam maxime conducunt, venae fectio, alvi ductio, refrigerantia et adminiftratio antiphlogiftica.

VENAE SECTIO. Vaforum fanguiferorum activa vis ex tono eorum magnopere pendet; tonufque tenfione vafis communicata per quantitatem fluidorum illis inclufam, fuftenta-

tur; detractionem ſanguinis ad copiam fluidorum diminuendam, eoque vaſorum vim activam coercendam conducere exinde manifeſtum eſt; et hoc modo ad noſtrum primum conſilium multo facilius et celerius perveniemus.

Quo maturius, inflammatione praeſente, mittitur ſanguis, eo erit efficacior, in hoc morbo praeſertim, et ob organi nobilitatem et ortum effuſionis, ſuppurationis et gangraenae ex inflammatione repentinum. Sanguinis ademptio plus valet, quum vena eſt ampla et ſanguis ex patente plaga celeriter profluit; quanquam vaſa pulmonalia eatenus ex hauriri poſſint, quatenus in corpore univerſo deplentur vaſa, tamen quo magis vas parti laboranti eſt vicinum, eo, caeteris paribus, magis profuerit; hinc doctrinam revulſionis rejiciendam eſſe patet.

Quantum ſanguinis adimi oportet, multum ambigitur; Sydinhamus enim pleuritidem in homine adulto non poſſe depelli ſine XL unciarum detractione opinatur; Chalmerius vero affirmat miſſionem ſanguinis nunquam prodeſſe, niſi quum parciſſime adimitur; ſed videtur quidem detractionem ſanguinis potius nocivam aeſtimare, et hujus morbi curationem ſudore et purgantibus melius promoveri autumat; ab utroque diſcrepat Cleghornius, nam eum ſanguinem elicientem ab unciis XLVIII uſque ad LIV intra horarum ſpatium XXIV ab

acceſſione, inveniemus. Medium ab utroque aeque remotum, ſi attingere licet, petendum eſt. Nam ſi remedium tam efficax penitus omittimus, certe nullum aeque potens in ejus locum ſubrogari poſſit; at ſi Cleghornium et alios imitantes, ſanguinem copioſius educamus, mala valde perniciosa ſollicitentur. Quanquam deliquium animi e ſanguine immodice abducto progrediens, mortem inſtantem avertat, agnoſcendum eſt tamen hac operatione vires ita atteri poſſe, ut defectionem animi devincere non queant; hic effectus eſt adeo evidens et funeſtus, ut pauci in ſanguine adimendo tam pertinaciter perſeverent. Eſt alius caſus quanquam magis occultus, tamen non minus periculoſus, et omni cura evitandus, qui, ex globulis rubris et glutine nimia copia abductis, naſcitur; his defluentibus non ſolum vaſorum tonus diminuitur, ſed partes quoque ſanguinis tenuiores nunc liberius elabentes in vaſa exhalantia decurrunt, et in telam celluloſam effuſi, ſpeciem hydropis maxime inſanabilem creant, aut in pulmones ipſos irruentes, cubantem ſubito ſtrangulent. Sed quoniam haec et alia remedia valentiora, nimis temere adminiſtrentur; fortaſſe quaeratur, utrum aliqua certa regula de ſanguine mittendo conſtitui poſſit? Nulla equidem, niſi quae pro aetate, temperamento, vigore, conſuetudine, coelo, anni tempore, et graſſantis epidemici indole, varianda eſt, ut vero adamuſſim pro

virili redigamus, obſervandum eſt, ſanguinem primo largiter educendum eſſe, ita tamen, ut raro XVI vel XVIII uncias ſuperet detractio. In homine enim adulto, librae ademptio habenda eſt copioſior; ultra libras duas, XXIV horarum ſpatio, auferre impune fortaſſe non licet. Trium librarum detractionem intra horas quadraginta octo pauci ferre queant. Si unquam detractio largior poſtuletur, ſolum accidit in caſibus ejuſmodi, qui Cleghornio obvenerunt, in militibus ſcilicet, quorum corpora ſunt firmiora et ibi etiam ſanguis ſpatio trium aut quatuor dierum ultra libras quatuor eductus, mala ſupra notata intentat. Tamen in aperto erit, majorem vim ex corporibus robuſtis impune poſſe extrahi, dummodo intervallis longioribus repetatur, longiore enim tempore interpoſito, ſuppeditatur fluidorum major copia et corpori reſtituitur tonus prior. Mala, quae ex venae ſectione modum excedente fluunt, nos ab ejus adminiſtratione deterrere non debent. Quanto aeger eſt robuſtior et ſymptomata acriora, tanto frequentius et fidentius repetenda eſt, praeſertim ſi operatione ſubleventur mala; cavendum eſt tamen, ne magna virium dejectione, et pulſu exiguo, inaequali, retardato, in errorem ducamur, quoniam haec ſymptomata ab effuſione ſanguinis in pulmonibus et circulatione impedita progrediuntur, et ſanguinis detractione adeo non dehortantur, ut nihil magis ad re-

fectionem tendit. Affirmant quidam detractione defiftendum effe, crufta coriacea decedente, fed errant; nam quanquam crufta coriacea fanguini fuperfufa fcalpellum requirat, tamen venae fectione propter cruftae deceffum minime abftinendum eft, nam res relatione haud dignae in operatione detegantur, quae ejus ortui occurrant. Olim obtinuit opinio, quae, ni fymptomata intra quartum diem amoverentur, fuppurationem accedere, et aegro fanguinis miffione fracto, hanc impediri, morbumque in longius diduci, cenfuit, ideoque poft quartum diem venae fectione omnino abfiftendum effe praecepit. Sed extant exempla, quae peripneumonias undecimo vel quartodecimo die ab refolutione difcuffas oftendunt, haec que eorum opinioni fidem derogunt. Cleghornium potius imitari decet, qui faevitia fymptomatum recrudefcente, ad venae fectionem fe iterum recepit. Quum fuppurationem jam adeffe cognovimus, tunc venae fectio eft fupervacua; nam eam tollere haud poteft, et faepius ad putredinem et gangraenam determinet. Sub primum adventum fuppurationis, fi inflammatio fit vehementior, fanguis modice detractus aliquod levamenti fuppeditet, enim inflammationem diminuat, et fuppurationem quodammodo refraenet. Qui cenfent humorem excreatum fub hujus morbi refolutionem effe criticum, profluvium fputi cohibendo, poffe venae fectionem nocere conten-

dunt. Secretiones ex venae fectione iterata diminui poffe non inficiandum eft, fed in cafu praefente caute adhibita aliter eveniet, nam uti in alio loco diximus, fputi profluvium de relaxationis gradu, quam vafa patiuntur, pendet, ideoque venae fectio vafa folvendo et fpafmum tollendo, ad fecretionem libericrem conducit. Nihilominus quum excreatio fit larga, et aeger videtur aliquantum refectus, venae fectio omittenda eft, non quod fuppreffione fecretionis deterreamur, fed ne aegrum nimis labefactemus, et vires ad fputum ejiciendum, quod in bronchia effunditur, neceffarias detrahamus. E contrario, fi multa excreatio nihil auxilii impertiatur, fanguinis ademptio una cum aliis remediis adminiftranda eft. Oftendit enim excreatio magnam effufionem fubeffe, et quoniam haec imminens periculum minitatur, potentiffima remedia in auxilium quam primum funt accerfenda.—Tenfione generis arteriofi venae fectione quoad tuto licet depulfa, ne operatio nimis faepe repetatur, ad locales detractiones, hirudinibus immiffis aut potius cucurbitilis cruentis corpori impofitis, decurrendum eft. Haec auxilio praecipue effe folent, quum dolores ad exteriores partes pertingunt, et fedem faepius mutant. Huxam, Cleghornius et alii in talibus cafibus plus auxilii e locali detractione quam ex ulla alia ratione traxerunt, eoque magis quum ad locum vitiatum propius admoventur. Ut venae fec-

tionem penitus abſolvamus, haud ab re erit, ſubjicere, peripneumonias ſymptomaticas, et eas, quae aliis morbis connectuntur, ab vera peripneumonia curantem ſegregare oportere, nam in iis caſibus mittere ſanguinem, eſt ſaepe cubantem jugulare.

PURGATIO. In tanta apud medicos opinionum diverſitate, de purgantibus, aliquid certum conſtituere eſt difficillimum. Quanquam eorum ope haud multum ſidendum eſt, tamen tantum boni praeſtant, inteſtinorum cavum arteriaſque eorum exhalantes deplendo, totumque ſyſtema relaxando, ut uſus eorum non omnino eſt repudiandus. Fluida omnia, quae excernuntur, non ab arteriis recta veniunt, quodque etiam hac via evocatur, curſu ita leni defluit, ut evacuatio quantumvis magna non tam ſubitam depletionem in vaſis rubris efficiet, ut eadem quantitas venae ſectione educta, ideoque ad noſtrum primum conſilium provehendum, non aeque pollet. Poſt copioſam ſanguinis detractionem prodeſt plurimum purgatio. Haec opinio peritiſſimis medicis confirmari videtur, qui in peripneumoniis ſanguinis ademptioni purgantia ſemper poſtponunt. Cleghornius, cui hujus morbi tractatio ſaepe obvenit, poſt ſymptomata venae ſectione pacata, purgationem antiphlogiſticam adminiſtrare conſuevit; ſed ſi ſymptomata recurſabant, ad venae ſectionem iterum ſe accinxit; et ex

hac aliquantum levamenti aegro adepto, in ſecundo quoque die purgantia repetivit, niſi quaenam evacuationum, quas ſupra memoravimus, tam proſpere ceſſiſſent, ut purgatio eſſet inutilis.

Quod ad medicamenta attinet, magna ſolicitudine acrius ſtimulantia diffugimus, et ea, quae minimum irritamenti offerunt, exhibemus, uti ſales neutri, manna, refrigerantia.

REFRIGERANTIA. Sales neutri et acida cuncta ſub hunc titulum veniunt, ex poſterioribus vegetantibus praecipue utimur; palato magis arrident, et minime irritant, alvum leniter ſolvunt, et in jacentis potione largiter et optime ſumantur. Sales neutri aeque ac acida valent, ſed cautius ſunt porrigendi, quia interdum tuſſim movent, quae haud leviter eſt extimeſcenda.

ADMINISTRATIO ANTIPHLOGISTICA in irritatione, quae corpori admota, ad morbum exaſperandum tendit, tollenda aut vitanda verſatur. Impulſus ergo omnes graviores et diuturniores quam maxime defugiendi ſunt, et illi praeſertim, qui dolorem aut moleſtiam faceſſunt, uti omnia acria et guſtum irritantia, lux perſtringens et odores ingrati.

Calor aut frigus nimium quam ſedulo vitandum eſt, nulli enim impulſus corporis ſaluti ſunt inimiciores; coelum temperatum igitur quaerendum eſt, tamen aerem frigidum et a-

pertum aegro flagitanti femper indulgendum eft. Motus corporis etiam vitandus, quoniam circulationem auget, quod ejus vim ftimulantem clariffime oftendit. Ab ufu loquendi etiam abftinendum eft, quia refpirationem celeriorem et omnia fymptomata graviora reddit. Quum cogitatio corpus ftimulat, omnes impulfus ad eam ducentes funt metuendi, hi praefertim, qui aliquam animi perturbationem fufcitant.

Ne ftimulus novum augmentum reciperet, cibus parciffime capiendus eft et is etiam natura leviore; caro igitur et jurulenta inde facta minime laudanda funt; vegetantia tantum, hordei decoctionem, fructufque recentes, eorumque fuccos conditos exhiberi patimur.

Cruditates et humores vitiati ftomachum urgentes, quoniam vehementer ftimulant, emovendi funt. Huc tendunt hauftus tepidi diluentis liquoris copiofi, fucco limoniorum aut aliis acidis commixti; et fi haec mala maxime premant, ftomachus vomitu leni follicitandus eft. Ad irritationem faecum collectarum fedandam, Clyfmata aut fales medii parvis portionibus oblati optime conducunt.

Remedia ad extremorum vaforum fpafmum refolvendum accommodata in externa vel interna dividantur, de prioribus, epifpaftica et fomenta calida tantum feligemus.

EPISPASTICA in pulmonum inflammationibus multum

profunt, et a praeclaris medicis, Pringlio praefertim magnopere collaudantur; hicce poft venae fectionem veficatorium amplum parti aegre fe habenti nunquam non impofuit, ex hoc enim multum levaminis aegrotus retulit, cum eodem tempore ademptio fanguinis profufa, unde plurima mala proveniunt, coerceretur. Si faevitia fymptomatum renovaretur, ad venae fectionem et veficatoria iterum recurrit, hoc modo mala recrudefcentia fubigere femper adnitens. Ex teftimonio jam adducto fatis evidenter liquet, veficatoria effe perquam utilia, et minime praetermittenda, tamen ne quidem in morbi ftatu provectiore venae fectioni praeponenda.

De actione epifpafticorum diverfae tenentur opiniones; veritatem propius attingere videtur fententia, quae eorum virtutem praecipuam, effufionem promovendo vafaque parti dolenti contigua relaxando, in fpafmum refolvendo confiftere judicat; haec opinio erit fide dignior, quum reputamus, quanto infignior eft eorum efficientia, quando parti vitiatae quam alias fuperdantur, exque eorum utilitate in cholica afthmate et affectionibus fpafmodicis levandis etiam amplius confirmatur. Confitendum eft tamen ea ad fpafmum detendendum haud parum contribuere, effufione etiam non praefente, quoniam aeger in quibufdam cafibus ubi effufio non incidit, levamen ei ex effectu rubifacientium progredienti non diffimile recipit.

CALIDA FOMENTA. Calor humiditate conjunctus, ſolida quam maxime relaxat, et opem in multis phlegmaſiis haud paenitendam miniſtrat. Corpus aqua calefacta immergendo ibique aliquantum temporis detinendo, aut denique fomentis, admovetur. Ratio prima eſt ſaepe incommoda et in plurimis caſibus periculoſa; ſecundo eſt ſaepius in uſu, ſed in caſu praeſente uti remedium locale haud multum momenti affert; attamen quoniam ſunt innoxia et fortaſſe paululum inſerviant, dum vaſa cutis relaxent et perſpirationem augeant, ad ea refugiendum eſt, quum alia remedia defecerunt.

Cataplaſmata paucos abhinc annos in magna aeſtimatione habita erant; vim cum fomentis poene eandem ſortiuntur.

Calor et humiditas maxime proficiunt, quum vapores calida aqua profuſi, pulmonibus inhalantur; nam exinde vaſa proxime affecta reſolvuntur ſymptomatumque acerbitas mitigatur. Acetum et aliae medicinae in aquam injectae nullo uſui inſerviunt.

Interna remedia ad hoc conſilium aptata in diaphoretica et diluentia diſtribuantur.

DIAPHORETICA. Medici nonnulli, et in his Chalmerius, curationem hujus morbi et phlegmaſiarum fere omnium ſudationi et purgantibus committunt. Quanquam haec in caſibus quibuſdam commode adminiſtrentur, et febricitantibus

profint etiamfi venae fectio non anteceffit, tamen in peripneumonia ubi vaforum diftenfio eft morbi caufa praecipua, eaque fuperari non poffit, nifi remediis fub noftro primo confilio commendatis, cenfemus fudationem et purgantia ante venae fectionem et veficatoria non adminiftranda effe.

His incaffum tentatis, impetus fanguinis diaphoreticis ad fuperficiem corporis evocandus eft, exinde vafis extremis refolutis et determinatione a pulmonibus deflexa, remediorum valentium ufu fuperfedeant. In fudorem eliciendo cavendum eft ne vehementer ftimulantia aut ulla medicamenta, quae corpus magnopere calefaciunt, adminiftrentur. Inter medicinas huic rei convenientes, primum locum tenent fales neutri, emetica ufque ad naufeam affumpta, doveri pulvis aut compofitiones ejufmodi. Sales neutri funt tutiores fed minus potentes, attamen remediis efficacioribus commode adjungi poffint. In emetica porrigendo, hoc confilio, tantas portiones effugimus, quae vomitum laceffunt, propterea quod agitatio violentior circulationem praecipitet et tuffim movendo plurimum obfit; praeterea fudorem certius follicitamus, quum tantum portiones naufeam provocando idoneas exhibemus. Praeparationes antimoniacae huic propofito maxime conveniunt, et quoniam tartarum emeticum ad menfuram facilius redigatur, id anteponimus. Primo dofes exiguae dandae funt, et fecun-

dum effectus augeantur vel diminuantur. Haud necesse est, ut in hoc morbo tamdiu quam in aliis inflammatoriis sudetur, paucae horae fortasse sufficient; si medicina leniter alvum ducit, omen est secundum, nam in locum aliorum laxantium optime succedat; sed si tota medicina alvo descendat, nullo auxilio exinde tracto, opium aut doveri pulvis rite admoveantur. De utilitate opii in phlegmasiis multum disceptatur, verum ex effectibus laetis, quos in rheumatismo producit, cum emetico et salibus neutris conspirans, id esse nocivum concludere vetat. Fortasse questio oriatur, utrumne vis opii spectata in omnes evacuationes diminuendo, perspiratione sublata, dum sputi profluvium occludat, mala graviora inferre queat? At quoniam expectorationem tantum esse resolutionis comitem ostendimus, quodcunque igitur, uti opium, spasmum resolvat, illam potius promovere quam diminuere putamus. Tamen si aliquod mali suspicemur, una cum doveri pulvere, misceantur medicinae sputum cientes, quae omne periculum depellent. Ut sudor per totum corpus evocetur, pedibus calida fomenta admovenda sunt, aegerque indusio laneo operiendus; si tamen illius irritationem tolerare nequit, lintea ejus curiosius mutanda sunt. Sudor melius progreditur aegro vigilante, igitur primo medicinas mane administramus, sudorem diurno tempore provocantes, nam secretiones liberius tunc procedunt et mi-

nus periculi ab frigoris aſpiratione ſubit aeger quam noctu aut quum ſomno gravatur. Sudorem medicinis ſtimulantibus non eliciandum eſſe jam poſuimus, praecavere etiam oportet, ne cubiculum nimis calefaciamus, aut ſtragula ſupra jacentem aggeramus.

DILUENTIA. Tenues diluentes liquores non admodum tepefactos, eoſque portione acidi vegetabilis commixtos et uberrime aſſumptos, Huxam et medici alii magnis laudibus proſecuti ſunt. Eorum virtutes praecipuae exſeruntur in ſolida relaxando et ſanguinem ita attenuando ut minora vaſa facilius ingrediatur; non inficiandum eſt quin hoc modo ad ſpaſmum reſolvendum multum proficiant. Aeger uno tempore paululum bibat et tantum ſorbillans, ne ſtomachus ita diſtenderetur, ut reſpiratio impediatur, tuſſim quoque movendi eſt levius periculum dum os et guttur humectantur.

Ad tales evacuationes promovendas, quae apud auctores habentur criticae.

Evacuationes, quas duximus uti reſolutionis ſymptomata, apud quoſdam criticae appellantur, et ad peripneumoniam tollendam ſatis pollentes habentur, in his expectoratio nominatim; hanc opinionem refellere jam tentavimus; nunc tantum dicendum eſt, medelam hujus morbi nunquam naturae committendam eſſe, ſed a primo ejus incurſu fortiſſimis remediis

oppugnandam. Tamen ut expectorationis ſuppreſſio eſt perniciosa, eam nunquam de induſtria compeſcendam, ſed potius ab primo morbi impetu promovendam eſſe, arbitramur.

Rejectionem ſputi provehant medicinae ſecretionem, vi ſtimulante, qua praeditae ſunt, excitantes; hoc etiam tendunt antiſpaſmodicae, quae ad ductus excretorios, et vaſa pulmonum glandularumque reſolvenda, ſunt idoneae.

Earum primus ordo nocumento ſit, quoniam ſputi ſuppreſſio ab circulatione languida non venit, ſed manifeſte cum impetu ſanguinis percitato conjungitur, quem earum ſtimulus magis accelerabit, et ſi ante venae ſectionem adminiſtrentur, omnia ſymptomata aſperiora reddent. Scillae, gummi ammoniacum et alkali volatile apud diverſos medicos in ſummo honore fuerunt. Scillae dum in ſtatu incorrupto et ſucculento manent, vehementi ſtimulo ſunt praeditae, et nunquam dandae niſi aliqua preparatione moderantur. Syrupus ſcilliticus tuto et aeque utiliter ac reliquae ejus praeparationes exhibeatur; ejus effectus ſalutiferi de nauſea, quam laceſſit, praecipue pendent, tamen uſque ad vomitum minime capiendus eſt.

Illuſtriſſimus Pringlius, gummi ammoniacum ſcillis efficacius eſſe exiſtimat; ſi hoc concedamus, tamen animadvertendum eſt id eſſe ſtimulum acriorem, ideoque exquiſito moderamini et in portionibus parvis, poſt venae ſectionem ſem-

per, offerendum. Alkali volatile vim utrifque fortiorem fortitum eft, fed quoniam haud leviter ftimulat, moderatius adminiftrandum, et fortaffe nunquam donec fymptomata febrilia profligantur et tunc cum medicamentis oleofis aut mucofis conjunctum, pro arbitrio fumatur.

Ordinem expectorantium fecundum, aut ea quae antifpafmodica habentur, jam contemplati fumus, fcilicet, calida fomenta, vapores aqua calefacta profufos, pulmonibus inhalatos, liquoris tepidi forbilla et alia hujufmodi; haec primo ordine tutius exhibentur, et fub initium morbi fpafmum refolvendo, et fputum ciendo multum fubveniunt. Emetica ad fputum emovendum haud levius contribuunt, quam priora; eorum vis in fputum craffius attenuando et ejus profluvium facilius reddendo praecipue fub finem morbi, infignem commendationem meruit.

Haud opus erit, ut multa de evacuationibus aliis, quae refolutionem interdum comitantur, loquamur; quum fuperveniunt et aeger levatur, prudentia cujufque medici eum ad illas promovendas inducet, et ad hoc exfequendum ratio eft adeo facilis, ut explanatione non indigeat.

Quod ad inflammationem aut abfceffum in fummo corpore erumpentem attinet, quoniam fub curam chirurgi venit, tantum notabimus, inflammationem non reprimendam effe, et fi ad fuppurationem tendat, omnia cura fovendam.

Symptomata, quae noſtram attentionem praecipuam depoſcunt, ſunt dolor et tuſſis.

Dolor ſaepe multum nocet, quia ſomno inimicus eſt et cunctas functiones perturbat. Si medicamentis jam commendatis non ſubmoveatur, et violentia non remittente graſſetur, opium, reclamantibus quanquam multis, liberaliter adminiſtretur, nam compertum habemus, vim ejus ſedantem ſtimuli detrimentum facillime ſarcire. Dyſpnaeam opio exaſperari quidam credidere, hoc tamen raro evenire putamus, et ſi accideret, opium ſputum excitantibus immixtum, periculum facillime depellet.

Tuſſis in peripneumonia eſt ſymptoma ſaepe infeſtiſſimum. Eam pectoris ſenſu moleſto moveri jam pronuntiavimus; tamen ad ejus exordium hoc ſolum referendum eſt, at quum mala aliquamdiu permanſerunt, larynx, practerquam quod ejus ſenſus eſt multo acutior, privatur muco naturali, qui irritationem ab frigus aſpiratione provenientem, aut particulis pulveris ibi delatis ab aere pulmones percurrente, propulſat.

Ad tuſſim levandam medicinas, quae ſua vi ſedante ſenſibilitatem diminuunt, effectuſque irritationis praevertunt, exhibemus; aut naturam ſequentes, mucum detritum laryngi reſtituere conamur. Sedantes medicinae in caſu praeſente aeque ac in dolore fortaſſe vituperentur, tamen injuria. Nam opium non ſolum abſque periculo poſt alia remedia nequic-

quam tentata adminiſtretur, ſed etiam ob utilitatem, magnam laudem ſibi vindicat; tuſſim enim mitigat, ſomnum leniter invitat et ſcillis conjunctum, expectorationem liberam et clementem promovet.

Medicinae oleoſae et mucoſae acres ſanguinis particulas viſco contegere dictae ſunt, ſed in portionibus tam exiguis vulgo diſpenſantur, ut hanc opinionem fide indignam habeamus; earum vim medicatricem cuidam parti in faucibus remanenti aut in membranas laryngis decidenti, quum ad ſtomachum deſcendant, potius attribuimus. Hoc videtur magis credibile, quum in mentem revocamus, eas multo magis valere, ſi ſenſim aſſumantur, quam cum eadem quantitas uno tempore devoratur. Aegroto ergo praecipitur, ut partem Gummi Arabici, aut eam cum materia ſaccharina aut oleoſa commixtam in ore contineat, liqueſcentemque in ſtomachum gradatim deſcendere patiatur; hanc enim mixturis oleoſis aut mucoſis longe anteponimus.

Haec noſtra diſſertatio, quam fuſe tractavimus, et in qua quidem nimium diu immorati ſumus, ad finem jam tandem perducenda eſt, poſtquam aegrum admonuimus, ut poſt refectionem, cibo levi et exercitio modico ſeipſum aſſueſaceret, hoc modo morbi recurſum effugiat, qui leviſſimis momentis ſaepius reſuſcitatur.

F I N I S.